IGNATII LASSARTE ET MOLINA I. C. Caraccensis

ADDITAMENTA IN SVO TRACTATV De decima venditionis & permutationis, quæ Alcauala nuncupatur,

VTILIA SANE AC PRORSVS NECESSARIA Omnibus iuris studiosis, qui potissimam operis partem non leuiter degustarunt, nunc primùm in lucem edita.

DOMINI NOSTRI PHILIPPI. III. HISPANIARVM Regis Catholici Maiestati dicata.

CVM LOCVPLETE LEGVM ET RERVM INDICE, Ac Regiæ Maiestatis priuilegio.



MADRITI,
Apud Petrum Madrigal,

Anno Domini. 1599.

Expensis Francisci de Robles Bibliopólæ.

TASSA.

YO Iuan Gallo de Andrada, escriuano de Camara de su Mageſtad, de los que reſiden en ſu Conſejo, certifico y doy fee, que auiendoſe viſto por los ſeñores del vn libro intitulado Adiciones a Laſſarte de Alcaualas, cōpueſto por el Licenciado Yñigo de Laſſarte, taſſaron cada pliego del dicho libro a tres marauedis cada pliego, el qual tiene cinquenta y vn pliegos, que a los dichos tres marauedis cada vno, monta el dicho libro ciento y cinquenta y tres marauedis, en que ſe ha de vender en papel, y dieron licencia para que a eſte precio ſe pueda vender, y mandaron que eſta taſſa ſe ponga al principio del dicho libro, y no ſe pueda vender ſin ella, y para que dello conſte: di la preſente en Madrid a quatro dias del mes de Nouiembre de mil y quinientos y nouenta y nueue años.

Iuan Gallo de Andrada.

ERRATAS.

FOl.1.col.3.lin.18.Hæculi,dig.Herculi. 3.3.2.idem,di.iam. 25.3. pen. voulit, di.voluit. 36.2.7. à publicato,di.à publicano. 44.3.15.etenium,di.etenim. 51.1.4.peritio,di.petitio. 41.4.24.ſi tum,di.ſitum. 42.1.12.reſpondere, dig. reponere. 44.4.vlt.ſiue,di.ſine. 58.4.vlt.ſit,di.ſix. 55.3.11.noluit: vos ſtote,dig. nolui: vos eſtote. 60.4.19.in priuis,dig.in primis. 61.2.13.numeratum, di. numeratam. 66.2.pen.fra,di.fraus. 68.3.24.incerta, ſid,dig.incerta ſit.

Iuan Vazquez del Marmol.

E L R E Y.



OR quanto por parte de vos el Licéciado Iñigo de Lassarte, vezino de
la ciudad de Guadalajara, nos fue fecha relacion, q̃ os auiamos dado licé
cia, con priuilegio por diez años, para poder imprimir vn libro q̃ auia-
des cópuesto con mucho estudio y trabajo intitulado de Decima vendi-
tionis & permutationis, que alcauala nuncupatur, y porque aora le teniades muy
acrecentado có muchas adiciones importantes, y de mucho estudio; y auia falta del
dicho libro por estar acabada la primera impression: suplicadonos fuessemos serui
do de mandar ver y examinar las dichas adiciones del dicho libro, que era el q̃ pre-
sentauades, y vistas os mandassemos dar, y diessemos licencia para imprimille con
ellas, y con las condiciones del encabeçamiento general del Reyno, y nueuos apú
tamientos, y cedulas nuestras que auia cerca de la administracion de las alcaualas,
por quanto muchas dellas se declarauan en el dicho libro, y era cosa necessaria que
anduuiessen impressas, dandoos nuestro priuilegio para ello por otros diez años, o
como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto
en las dichas adiciones se hizieron las diligencias que la prematica por nos fecha, so
bre la impression de los libros dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta
nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien, por la qual por
os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, para q̃ vos o la persona que
vuestro poder ouiere, y no otra alguna podais hazer imprimir las dichas adiciones
de por si y no juntas có el dicho libro q̃ de suso se haze menció en todos estos Rey-
nos de Castilla, por tiempo y espacio de seis años que corren, y se quentan desde el
dia de la data desta nuestra cedula, so pena que la persona o personas q̃ sin tener vues
tro poder las imprimiere o vendiere, o hiziere imprimir o vender, pierda la impres-
sion que huuiere con los moldes y aparejos della, y mas incurra en pena de cinquen
ta mil marauedis cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia
parte para la persona que lo acusare, y la otra tercia parte para la nuestra camara, y
la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, con tanto que todas las vezes q̃
hizieredes imprimir las dichas adiciones durante el tiempo de los dichos seis años,
las traygais al nuestro Consejo, juntamente con el original que en el fue visto, que
va rubricada cada plana, y firmada al fin de Iuan Gallo de Andrada nuestro escriua
no de camara, de los que residen en el nuestro Consejo, para que se vea si la dicha im
pression esta conforme al original, o traygais fee en publica forma, como por cor-
rector nombrado por nuestro mandado se vio y corrigio la dicha impression por
el original, y se imprimio conforme a el, y quedan impressas las erratas por el apun
tadas para cada vn libro de los que assi fueren impressos, para que se tasse el precio
que por cada volumen ouieredes de auer: y mandamos al impressor que assi impri-
miere las dichas adiciones, no imprima el principio, ni el primer pliego del, ni en-
tregue mas de vn solo libro con el original al autor, o persona a cuya costa lo imprĩ
miere, ni a otro alguno para efecto de la dicha correction y tassa, hasta que antes y
primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro Consejo, y estan
do hecho, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego,
y sucessiuamente ponga esta mi cedula, y la aprouacion, tassa, y erratas, so pena de
caer e incurrir en las penas cótenidas en las leyes y prematicas destos nuestros Rey-
nos: y mandamos a los del nuestro Consejo, y a otras qualesquier justicias destos
nuestros Reynos, que guarden y cumplan esta nuestra cedula, y lo en ella cótenido.
Fecha en Toledo a veinte y nueue dias del mes de Iunio de mil y quinientos y no-
uenta y seys años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Don Luys de Salazar.

DOMINO NOSTRO
PHILIPPO TERTIO,
Hiſpaniarum Regi Catholico.

Ignatius Laſſarte & Molina.


A M Pridem (Philippe RexMaximè) in lucem edidi tractatũ quẽdam noſtrũ ſumma cura,ſummoq; ſtudio elaboratũ, qui de decima venditionis & permutationis inſcribitur: eumq; regiæ Catholici patris tui maieſtati dicaui:tùm vt debitum laboris mei, quod eſt nobilitati coniunctum, obſequium præſtarem:tùm etiam,quod ea res in illo tractaretur, quæ nulli alij,quàm Regi,certo iure debeatur. Cæterum cùm laborem iſtum meum non omnino Reipublicæ ingratum viderẽ, licet me nullũ aliud hucuſq; præmium alliciat,in eo excolendo augendoq; tractatu nunquam deſtiti, ità vt vel aliud agens, quàm plurimos ipſius locos varijs iuris floſculis & additamentis ornauerim, quæ ſeorſum edi alio volumine regius Senatus cenſuit. Quo circa neceſſarium fuit,vt acceſsio hæc eiſdem potiſsimæ operis partis veſtigijs inſiſteret,eandemq; vicem ac patrocinium regium ſortiretur. Quod teſtatus ſum,ne dum maleuolorum dicta pertimeſcens ad regiam protectionẽ confugio,in maiorem inde obtrectationem inciderem,eo quod auſus ſim vile hoc tibi literarium munus offerre in tám floreſcente ætate conſtituto,quod non niſi ad equeſtria militaria, ac prorſus

ſus

ſus bellica reſpecturum te eſſe videri poſsit: ſciet enim in hoc opuſculo non tàm meum, quã quod tuum eſt, regiæ tuæ Maieſtati conſecrari. Præſertim, quia ſi excelſam tuam mentem, ac prope diuinam animi celſitudinem, & admirabilem ſimul prudentiam attentius conſiderent, quod ſapientiſſimo patri tuo iam ſeni iure dicatum fuit, id tibi optimo etiam iure in ipſa adoleſcentia dictum eſſe exiſtimabunt. Tanta enim polles in audiendo benignitate, in expediendo breuitate, in gubernando dexteritate, erga Deum & eccleſiã pietate, vt Philippum patrem tuum regum omnium præclariſsimum, & in omni virtutum genere præſtantiſsimum, iam non mortuum (vt aliàs deceret) condoleat Hiſpania, ſed ætate potius confectum Phœniceo more in te vnico filio reuiuiſcere ac iuueneſcere gratuletur. Perge igitur & viue (rex optime maxime) vt tot ac tantis hæreditarijs regnis, & pluribus alijs virtute tua comparandis in æuum potiaris, & regna ipſa tam admirabilem dignumq; regem æqua fortuna glorientur. Atqui opus hoc noſtrum qualecumq; eſt (veriſsimum quidem cuiuſuis literaturæ teſtimonium) ea animi benignitate & clementia ſuſcipias, qua te ſoles omnibus exhibere: quo magis mei, vt humiliter precor, ſi forſan aliquando rei cuipiam idoneus videri poſsim, liceat meminiſſe.

LECTORI

LECTORI.



I Forte (lector optime) te iam legisse contingat tractatum illum nostrum de decima venditionis & permutationis, quem iam diú in publicum edidi, ea potissimum ratione commotus, vt si non in reipublicæ negotijs, vel administratione versarer, secretioribus tamen occupatus studijs hac mea qualicunq; scribendi opera & industria alijs prodessem, & quasi mihi ipsi deficiens honesti otij virtute contentus, saltem reipublicę pro virili parte consulerem: non ingrata tibi erunt nostra hæc additamenta, quæ per integrum hoc decennium, quod á prima illa editione iam labitur, prioribus studijs adiunxi. Multa enim ex illis confirmantur, & nouè pleraq; alia resoluuntur, natura rerum itá ferente, vt veluti ea, quæ paruis initiantur principijs, indies coalescunt, sic cuiuslibet ars & scientia incrementum recipiat. Quo factum est, vt dum omnem istius regij iuris partem, de quo eo in opere agendum proposui, assidua consideratione perpenderim, plurima pro ingenij mei tenuitate innouauerim, & longe alia interpretatione resoluerim, quám ad vsque nostri scriptores tradiderint, contrarijs scilicet explosis sententijs, vt strenué nostra confirmaretur. Id quod nedûm inculpabile fuit, sed & hoc nouo scribendi argumento suscepto necessarium, si modó liberè, quod sentiam, liceat scribere, & lectoribus suadere. Licet verò tám lege regia, quám priscorum Iurisconsultorum exéplo, qui dùm iuris veritatem inquirunt, se inuicem vbiq; notant: & nihil hodie inter grauissimos quosq; auctores frequentius & vsitatius est. Videbis veró, nunquam me tam facili fundamentō commotum, vt alicuius sententiam ex nostratibus reprehendam, quod ostentandi gratia (si qua inibi laus est) vel malo animo nulla præsertim ratione prouocatum id me facere quis iusté suspicetur. Et adeó modesté feci, quod cúm opiniones excusserim, auctores nusquam læserim, vt tuté (lector) suis locis quæq; perspicies. Pareāt ergo obtrectatores mei, aut iustis armis decertent, & eodem iure mecum agant, vt opiniones docté ac ciuiliter reprehendant, nos cōuitijs non proscindant. Nam licet studiosorum contentio, vtpote ad virtutem stimulus, meritó cúm Hæsiodo laudari soleat, id quidem non iniurijs, se rationibus & argumentis præstare oportet, quia facto non linguæ brauia cedunt: illud enim turpe, hoc veró honestum & vtile & vsitatum

vſitatum eſt. Cæterum vt hæc miſſa faciamus, conſtanter ſtatueram aliorum moré ſecutus, has noſtras additiunculas ſuis locis inſerere, & vel aliquibus mutatis ita imprimere, vt vnus eſſet orationis curſus, ac ſi á principio operis fuiſſent animaduerſę: forēt enim eo ſcribendi genere tùm elegantiores, túm etiam tibi magis gratæ. Sed aliter Regius ſenatus cenſuit, vtiliter ratus cum ijs agi, qui noſtrum tractatum iàm ſemel emiſſent, ſi has noſtras additiones ſeorſùm editas paruo pretio eſſent comparaturi: & quidem rectiſſimé, vt cætera omnia, niſi (vt tibi fortaſsis videri poterit) pecuniæ lucrum inquirendi labore vinceretur. Eſt enim prolixum & laboriosum, hinc inde petere, quod vno ſcripturæ contextu contineri poſſet. Verùm cúm Senatuſconſulto parendum ſit, id ſaltem curaui, vt ſi labor iſte tuus non ſatis leuitate pretij, abunde tamen rerum pondere & iucunditate penſaretur: ideóq; non omnia, quæ ipſi tractatui denuô edito inſerenda forent, ſed quæ faciliús & commodiús animaduerti poſſent, & plurimúm ſint omnibus profutura, his noſtris codicillis expreſsi: boni igitur conſule & fruere.

IGNATII

IGNATII LASSARTE ET MOLINA, IVRISCONSVLTVS CARACCENSIS,

Additamenta in suo tractatu de decima venditionis & permutationis, quæ Alcauala nuncupatur, nunc primum in lucem edita.

Summa Præfationis.

9 *Poliorum decima apud Gentiles Hispanos Herculi offerebatur de litibus, & filiorum natiuitate tributum olim soluebatur, ibid.*

10 *Explicatur text. in l. legatum sub conditione. D. de adim. lega.*

11 *Ponderatur ratio text. in l. vnica. C. de impo. lucra. descrip. libro. 11.*

15 *Ex contractu partium pœna fisco applicari potest.*

16 *Ex edulijs, quæ Romæ olim vendebūtur, certū quid exigebatur.*

17 *Exponitur text. in l. 1. C. de veteranis. lib. 12.*

19 *Alfonsus frater Hērici Regis quarti, inter Alfonsos Reges non numeratur.*

Notatur Olanus in acceptione text. in l. 5. tit. 7. part. 5. ibid.

20 *Ius decimæ ad reliquas Hispaniæ prouintias denuò recuperatas extensum est.*

Causa originis istius tributi, ibid.

22 *Curatori Regis non licet tributa remittere.*

An decima sint rationabilis quātitas, vt à Regibus exigatur, ibi.

Chronicis approbatis standum est, ibidem.

Dominus gabellarum alicuius loci, an possit eas vendere, ibid.

28 *Cebala, & cebalista quid proprie significent.*

29 *Alcauala non est tributum.*

30 *Alcauala non propriè seruitus est contractum, sed quasi.*

Alcauala, an surgentium reffragetur, late exponitur ibid.

31 *Gabellarum leges ad vnguē sunt obseruandæ.*

Gabella fauore publico introducitur, ibid.

A Addi-

Additio in præfatione.



6 N Vmer.6.ibi, fing. 588.adde:& meminit Caſſenæ[9] in Cathalogo Gloriç mundi.5.par.conſideration.24.excellentia.6.

9 Numer.9.ibi.quęſt.1.nu.5.adde:meminit Tiraquellus in tract. de præſcriptio.§.1.gloſ.4.nu.8.vbi Diodorũ, & Plutarchum allegat, & noſter Florianus de Ocampo in generali Hiſpaniarum hiſtoria libr.12. cap.13.ſpoliorũ decimam á Pyrata quodam Hæculi Deo apud Hiſpanos oblatam fuiſſe refert: id quod apud Carthaginenſes obſeruatum fuit auctore Iuſtino hiſtorico libr.18.ad fin.

In eo.nu.ibi.C.de metallarijs. libr.11. adde: quæ hodie ad duas tertias partes extenſa eſt iure regio.l.3.tit.13. lib.6.Reco. & aliter in.l.5.eo.tit. quin & delitiũ decima eſt text.in.§.hęc autẽ.Inſt. de pœna temerè litig.& vide text.in §.tripli verò.Inſti. de actio.& Alciat. lib 3.diſpunctio.cap.17.ac de alio tributo,quod ex natiuitate filij, vel filiæ ſolueretur, meminit text.cum gloſ.in.l.cùm anteà. C. de agricolis & cenſi.libr. 11.

10 Num. 10. ibi. lectio. antiqua. capit. 14. adde : ad quam fortaſsis Illud ait I.C.in.l.legatum ſub conditio.in prin.D.de adim.leg. dúm inquit, quod ſi quis vxori ſublatis liberis legauerit, & legatum iſtud in alium tranſtulerit, non videtur repetita conditio liberorum, quæ fuit in perſona mulieris neceſſaria: quod quidem non ſic videtur intelligendum , quod ea conditio non poſſet per ſubſtitutum impleri, quo caſu expeditiſsimi iuris eſt translato legato conditionem nõ transferri, vt explicat tex.in.l.vnica.§. ne autem.C.de Cadu.Tolle. quia immó potius rectè illi poſſet prædicta cõditio adiungi, ſcilicet ſi liberos habuerit: ſed quia ideó videbatur vxori adiuncta , quod aliás nõ poſſet legatum , niſi liberis ſuſceptis plenè percipere , vt verum eſt, eo quod fiſcus, ſi purê eidem vxori legaretur, decimã legati habiturus eſſet ex prædicta lege Papia, & nollet teſtator tributariæ legi locũ dare, quæ ſpecialis ratio cũceſſet in ſubſtituto, nõ videtur in eo repetita cõditio, quãuis aliud regulare ſit, ex.l. Gaio Seio. in pri.D.de adim. lega.cũ notatis per DD.in.l.quę.ſub cõditione.D. de hęre.inſt.præcipue Io.de Imo. ibi, & Bar. in.l quę cõditio. D.de cõditio.& dem. & laté Fran.Mãti ca.de coniect.vlt. volũ.lib.10.n.6.

11 Num.11.ibi.Trajani ſanctionibus.adde: fortaſsis ex ratione tex. in.l. vnica.in prin. ver.in tã enim neceſſarijs.C.de imponen.lucrat. deſcrip.libr.10.

15 Num.

15 Num.15. ibi. & Couarr.supra adnotauimus. adde: nisi forte in pœnam contrauenientis aliter inter partes circa contractũ conueniret, iuxta. tex. elegantem. in.l.1. ibi. vel pœnam fisco ex contractu priuato deberi. D. de iure fisci. vt notat Rebuffus ad leges Gall.2.tomo.de arbitris. arti. 1.glo.13.nu.13. de quo videndus est tex. in.l.arbiter.42.D.de arbitris.&.l.18. titul. 19.libr. 8. ordina.

16 Nu.16.in fi.ibi.Tira.notat.adde: & de edulijs, quæ tota vrbe venirent, certũ quid Romę exigebatur tẽpore Caligulę Imperatoris, vt refert Sueto. Trãq. in eius vita.c.40.

17 Nu.17.ibi.d.c.15.nu. 2. &.3.adde: & innuit quoq; tex.sic fortasis accipiendus in.l.1. C.de veteranis. lib.12. vbi Cõstantinus Imperator specialiter decreuit, vt libere liceat veteranis emere & vẽdere, nec vllam illi collationẽ ob venditionẽ proponendam dare debeãt. Licet gl.ibi.verb. ob venditionem. non ad contractum ipsum, sed ad locũ contractus referat: scilicet ne pro loco, vbi tenẽt pergulam aliquid exigatur: quę aliàs non impropria expositio est: quia venditionẽ proponere, idẽ videtur quod rẽ vendendã in loco publico cõstituere, iuxta illud Plinij lib.35.c.10.perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus.

In eo.nu.ibi.Philosopho emeretur. adde: & de insula Samo vide Cælium Rhodig. libr. 12. lectio. antiq.cap.82.

19 Num.19.in fi.ibi negat nemo. adde: non enim numeramus eum Alfonsum, qui viuẽte adhuc Rege Henrico Quarto eius fratre iniustẽ coronatus fuit, anno Domini. 1465. vt constat ex historia, & meminit Io. Otalora de nobilitate. 4. par.c. 4. num. 9. ex quibus obiter plusquã manifeste colligitur, deceptũ esse Olanum in epilogo antinomiarũ, circa leges partitarum correctas.n.88.vbi ait.l.5.tit.7.par. 5.quæ octo pro gabella soluere iubeat, correctã esse per.l.1.tit.17. libr.9.Reco.quæ decẽ soluere iubet, quia certe illę leges in diuersis iuribus loquuntur: lex enim partitæ loquitur in portorio, de quo supra.n.7.at.d.l. recopilationis agit *De alcauala*, quæ nondum eo iure partitarum inuenta erat, vt dixi.

20 Num.20.ibi.c.16.nu.107.adde: & postea ad reliquas quoq; prouincias in eisdem Regnis à Maurorũ oppresione recuperatas extẽsum, veluti ad Regnũ Granatę, seu Illiberitanum: quin imò & ad Indiarũ Regna, cum sub Hispaniarũ Corona esse intelligantur, extẽdi debuit, prout verẽ extensum est, iuxta doctrinã Baldi. in.l.si conuenerit.ver.si nuda.D.de pign.acti: & in. l. cunctos populos. nu.1.ad mediũ. C. de summa Trinitate. vbi dicit, quod si post legẽ factam aliqua ciuitas, vel prouincia, quæ non erat subdita Imperio, ei ex postfacto subijciatur, prædictæ legi vniuersali subijcitur, refert & sequitur Matthæus de Afflictis

tit.quæ sint Regalia. verb. portus. nu.15.in vsibus feudorũ.Causa autem huius concessionis ea fuit, vt Saraceni omnes ab Hispania expellerentur, & nominatim pro expugnatione ciuitatis Algeziræ de Alhadra, quæ potissimũ erat Regis Mauritaniæ propugnaculũ catholicis nostris Regibus oppositum & obiectum inter maritimas ciuatates Gibraltar, & Tarifa: & fuit olim scelestissimi Comitis Iuliani, & Isla Verde appellabatur, vt recenset historia generalis Hispaniæ.2.par.c.55.Notat Hieronymus Zorita lib.7.annaliũ Aragoniç.c.60.in prin.&.c.73.& satis superque constat ex antiqua,&c.

22 Num.22.ibi.regnicolis indulgẽtes.adde:quod iure non licuit,iuxta text. in.l.vectigalia. in prin.ibi. curatori.D.de publica.

In eo.nu.ibi.administrationem suscepisset.adde:vt accuratè refert Hier.Zorita vbi suprá lib.10.1.par. c.45.f.303.p.1.&.c.53. in prin.f.311.

In eo.n. ibi.hodie vtimur.adde: & an ea quantitas rationabilis sit, vt á regibus iure tributi imponeretur, vide quod in charitatiuo subsidio regi soluendo tradunt DD. apud Menoch.de arb.iud.quęstio. casu.279.nu.2. quibus adde illud Regum.1.c.8. ibi.addecimabit.

In eo.nu.ibi.D.sicert.pet.adde: & Bal.in.l.1.D. de officio quæstoris.vbi inquit, quod Chronicis approbatis standum est allegat plura Felin.in.c.2.nu.fin.de rescrip.

27 Nu.27.ibi.aliqualiter distrahere.adde:iuxta text.in. c.super quibusdam.de verb.signifi.

In eo.nu.in fin. ibi gl.1.n.3.adde:sed an is, qui á manu Regis accepit, possit hæc eadẽ sine licentia Regis in alium tertiũ transferre, vide eundem Io. Lupũ in rub.d. c.per vestras.§. 37.nu.13. Tetigit Bart.in.l.in diẽ adiecto.in fi.D.de aqua pluuia arce. & agit Firmia. de gabellis.1.par. q.14. id quod vel ex instrumento regio, vt existimo veriús apparebit, cui standũ erit. Et vide.l.3.tit.9.libr.9.ordina.

28 Num.28.ibi. viri animaduersio. adde:ego noto istud nomẽ, Cabala, magis ad diuina, quàm ad humana referri, vt ex ipso Mirãdula colligitur in allegato loco, & tradit F.Baptista Mantuanus lib.3.de patientia. c.34. Est enim alicuius arcani susceptio à diuino numine. Vnde Plato Cabalista, quasi diuinitus Philosophiam suscipiens appellabatur, explicat latè Cœlius Rhodigi.libro. 6.lectio. antiqua. c.1.ac proindé absonum videtur, rei profanæ qualis hæc est tributorum exactio siue receptio, tã diuinam Augustamq; nominis originẽ dare. Præterquã ꝙ verisimile non est, vnũ & idem vocabulum diuersarũ linguarum Ethimologiã admittere: Licet hoc aliquãdo contingat, iux.l.1.tit.14 p.4.notat Nicolaus Perottus in cõmentarijs linguæ Latinæ: in epigram. Martialis. 112.gl.fi. quin & vulgaris & antiqua illius nominis orthographia resistit, cúm per literam V.scribi

V. scribi soleat. Propter quod nec immeritò magis arridet.

In eo.nu.in fi.ibi. scriptum reperio. adde: sed vt inquit Bald.consi. 84.incipit,res prohibitę alienari.in fin.lib. 1.longa & tenax memoria populi pro veritate est. Et Diuus Hieronymus ad Hedibiam,ex Hęsiodi sententia scribit, nõ omnino temerè esse, quidquid vulgo dicũt mortales.Et quæ per manus tradita sunt,non secus ac si scripta reperiã tur, obseruari oportet. l. quod per manus. D. de iure codicillo. Agit Erasmus adagio,per manus tradere.Vt plane cesset Io.Parla.impugnatio.d.lib.rerum quotidia.c.3.nu. 20.in secunda editione.

29 Nu.29.ibi.nec eo nomine concessa fuit. adde: vtpote quæ perpetuã causam non habet, vel in personis, vel in rebus, sed à futuro euẽtu dependet, scilicet, si quis vendiderit, aut permurauerit, & quatenus ijs modis contraxerit, vt dicemus infra. c.4.nu.17.Ideoq; illam ratione contractus velut iure tributi,adiecta improprietatis nota, soluendã esse diximus supra in definitione. nu.5.quicquid tributum esse putet Ioa.Garsia de nobilitate. glos.1.nu. 71.quin potius velut lex & seruitus quædam est venditionibus & permutationibus imposita. Etenim ex ijs contractibus regalis ista decima, vtcunq; debetur, vt iam diximus.Propter quod verè dixit Bald. in.l.contractus.nu.2.&c.

30 31 Nu.30.in.fi.ibi.D.de iust.& iur. adde:ideó veró,regiam istam decimam non propriè seruitutẽ,sed velut seruitutem esse diximus, quia de natura seruitutis est pati,non exigere.l.quotiens.§.1.D.de seruit. cũ notatis per Baldũ in.l.si plures nu.14.C.de conditio. insertis.Vbi ex ea causa inquir, pedagiũ non esse seruitutẽ:refert & sequitur Matth. de Affli.tit.quæ sint regalia.ver. vectigali.nu.152.in vsibus feudorũ.

Itaq;, vt repetam, regalis ista decima quatenus contractũ onerat, iurigentium refragatur, quia scilicet contractibus aliás iuregentiũ liberis velut seruitutem quandam imponit: quatenus veró regijs tributis accedit,ex iure ipso gentium proficiscitur,quo iure sicut regna, sic tributa necessario instituta sunt, vt iam diximus.Vt bene etiã dixerit Bald. in.d.l.ex hoc iure.nu.27. D.de iustit. & iure. Quod si princeps imponit subditis collectam, quæ reipublicæ vtilitatẽ & necessitatẽ concernit,naturaliter illi obligãtur:quia Regibus parendũ est.l. veluti. D.eo.tit.& idẽ Bald.at in.l. leges sacratissimæ.nu.5.C.de legibus.Quod soluere gabellã ex contractu quodam modo iusgentium est propter generalẽ consuetudinẽ. Indeq; intelliges male dixisse eundẽ Baldum in.l.cum mulier.nu.5. ver.tertio arguo sic.D.solut.matrimo.dũ inquir,quod non soluere gabellã, non est delictũ vel turpitudo, nec dolus malus : quia tale debitũ gabellarũ non descendit á iuregentiũ, sed vsurpatũ est. Etenim licet inspecta naturali libertate cótra-

ctuum, verum sit dicere eas gabellas iurigentium refragari, vt idē diximus: Attamen inspecta naturali obligatione soluendi regibus tributa necessaria, dubiū non est, quin si eo modo gabellatū per regē aui regnū electo ex iuxta causa, vt supponitur, tributū aliquod fuerit impositū, quale est ius istud regię decimę de quo agimus, (si id propriè tributū appellare licet) iure ipso gentiū debeatur. Atq; ideo falsissimū est dicere, quod tex imponēs tributū, contra iusgentium & naturale faciat, vt aliás voluit Auilesius. c.24. prætorū.nu.13. Quia licet illud verū sit de iure naturali, quo omnia erant cōmunia, & nullus alij. Subiectus nascebatur: secus est de iuregentium, quo regna cōdita esse, ac proinde tributa institui diximus. Vide quæ dicemus infra.c.18.n.61.

31 Nu.31. ad fin.ibi.nu.17.D.solut. mat.adde: & Bald.in.l. Diuus in fi. D. ad Silania.dixit, quod gabellarū leges ad vnguem sunt obseruandę.

In eo. nu.in. fin.ibi & necessaria est.adde: vt vere dixerit Bald.in.l.si pro ea.nu.14. C. mādati.gabellam fauore publico introduci.Idē Bald. in.l. si fideiussor. ver. quædā.in additione.ad fi.D.eo tit.atq; ideo, &c.

33 Nu.33.ibi.suisque vinculis.adde: l.si conuenerit. §. si fundus. D. de pigno actio.

34 Nu. 34. in fin.ibi.scholijs.adde: quorum quidem verba nedúm paterna voce cōscripsimus, prout ipsa iacent, sed ex hac communi & Latina, vt omnibus sint nota propter facilem interpretationem, vt aliás de voce Græca dixit tex.in authen. de non alienan.c.1.ad fin. colla.2.& de Latina in.l.25.vbi Gregorius annotauit, tit.18.par.3.

Summa primi Scholij.

1 Tributa à Regibus imponi possunt ex iusta causa.

2 Ex secundo bello Punico Romanorum Imperium excusserunt Hispani.

4 Cur Reges Hispaniæ Dei gratia se Reges esse profitentur.

8 Lex loquens de venditoribus, non debet ad emptores extendi.

10 Refertur limitatio quadā à nostratibus animaduersa ad legem nostram gabellarum.

11 Exponitur text. in.l. ita autem. D. de administ. tuto.

Lex loquens de venditoribus, etiā de minutis intelligenda est, ibid.

13 L. fin. C. de vectigalibus. non habet hodie locum in gabellis.

14 Specialitas quædam animaduertitur in.l.101.in quat.gabella.

In scholio ad.l. 1.tit. 17. libr. 9. Recopila. Additio.

1 Numer. 1. ibi. de gabellis. 1.part. adde: scilicet, ex iusta causa, vt resoluit Matthæus de Afflictis, tit. quæ sint regalia.

galia.verb.vectigalia.ex num.4.in vsibus feudor.

2 Num.2.ibi Imperatoris iugum. adde: sub quo antea erant ex secundo bello punico, vt refert Solinus Polyhistor.cap. 26.in princ. & constat ex.l.in nomine Domini.C.de officio præfecti prætorio Africæ. & in auth.de instrumen. caute.c.fin.in fin.& ibi.glos.verb. in hesperia.colla.6.& Hispani nostri ab humeris excusserunt,anno Domini.623.vt refert,&c.

4 Nu.4.ibi.cap.22.nu.11.adde:& allegat plures auctores Baptista Villalobos in antinomia.in præfatione.Statim ex principio:& hoc est, quod Reges nostri Dei gratia se Hispaniarum Reges esse profitētur,nullū scilicet præter Deum in temporalibus superiorē recognoscentes, vt iam vere explicuimus, cæterum quamuis per verbū,&c.

6 Num.6.in fin.ibi confirmarūt. adde: & quidem recte ex notatis per Lucam de Penna in. l. vnica. in glo.iudicio.C.de superindicto. libr.10. Dubiū enim non est,omnia, quæ consilio geruntur, iure meritoq; effectu & firmitate niti.l.dubium. C.de repudijs.l.humanum.in fin.C.de legibus.

8 Nu.8.in fi.ibi.c.19.&.20.adde: & cum expresse lex loquatūr de venditoribus, non debet ad emptores extēdi,vt notat additio Alexandri ad Bart.in.l.i.C.de cupressis ex luco damnensi.lib.11.

10 Nu.10.ibi.c.24.adde:& pro omnibus illis mercatoribus minutatim,ac frustratim vendentibus, quos tenderos & merceros appellamus: apud quos innumeræ venditiones fiunt, quæ decē marauedinos non ascendunt, de quibus agit Petrus Rebuffus ad leges Gallicas. 2.tomo.tract. de mercatoribus minu.vend. Atque ita ex prędicta Bartoli doctrina legem istā regiam limitare voluerunt Dida. Peretius in.l.1.tit.5.lib.1.ordi.col. 206.ver.confirmatur. Et Io.Parladorius libr.rerū quotidia.c.3.§.7. in prin.sed aliter se res habet.&c.

11 Nu.11.ibi.non posset perfectū fieri.adde.l.1.C.qui munere tute. se excus. nec obstat text.in.d.l.ita autē.in prin. D.de admi.tuto.per quem sic determinauit Bar.vt retulimus:quia respōdeo,quod ille tex.loquitur,quādo pecunia adeo minuta esset, vt effectus depositionis atqui eius finis subsequi non posset, nempe comparatio predij,etiā respectiuè,nec aliquo modo: scilicet, quia nec paruus, nec magnus ager emi posset.Quo sane casu recte dixit.l.C.depositionem pecuniæ cessare, quia legis dispositio ex suá causa finali determinatur ex late tradis per Tiraquel. de cessante causa. ex nū.138. At in nostro casu,quāuis vere decima pretij solui nō potest,potest quid solui respectiuè pluribus venditionibus simul numeratis, vt iam explicui, & hoc iure vtimur. Aliás enim facile isto modo legis

gabellariæ poteſtas eluderetur,ſcilicet faciendo plures paruas venditiones, quæ rem totam conſumerent: & eſt vnus ex modis perpetrandæ fraudis,iuxta. l.nomen. §.filio. de legatis. 3. vt ex ea lege prçcipit Baldus.in.l.fraus.D.de legibus. & prætereа lex loquens de venditoribus, etiam de minutis intelligenda eſt,argu.l.1.ſ.de exercitoribus. vbi etiam Bald.D.nautæ caup. & dicemus cap.21.

13 Num. 13.ibi. vt dicemus infra cap.16. adde :& ſine deductione tertiæ partis, quæ aliàs in vectigalibus nouiter impoſitis pertinere debet ad eum locum, in quo exigũtur,vt probat tex.in.l.fi.C.de vectigalib. cui cõſonat.l.7.tit.7.p.5.

14 Num.14.ibi inquit.gabella.adde:vbi iubetur,quod per iudicem & duos bonos viros pretium declaretur cum tamen aliàs regulariter & ſolius iudicis arbitrio declarari oporteat, prout ex commu ni ſententia reſoluit Menoch.lib. 2.de arb.iudi.quçſt.cẽt.2.caſu.143.

Summa ſecundi Scholij.

5 *Lcauala neceſſario ſoluẽda eſt in pecunia numerata.*

6 *Stante ſtatuto, vt ſoluatur decima ad rationem duorum ſolidorum pro libra de eo, quod petitur in iudicio,etiam ſi non petatur quãtitas,ſed ſpecies æſtimabilis, decima ſoluenda erit.*

Confirmatur ſententia Auileſij dicentis procedere poſſe appellationẽ ad cõcilia populorũ,etiã ſi non petatur quãtitas,ſed ſpecies,ibid.

In Scholio ad. l.2.d. tit.17.libr. 9.Recop. additio.

5 Vm.5. verb. ſecundũ verũ cuiuſq; rei pretiũ. adde:& ſic in pecunia numerata omnino hęc decima ſoluenda eſt, vt dicemus infra.c.17. circa nu.16.& pretium æſtimabitur,&c.

6 Numer.6.ibi.& dicemus infra capit.17.adde:numer.18. & cum lex iſta expreſſe dicat, ſoluendam eſſe decimã, iuxta rei permutatæ æſtimationem,abſque dubio procedit:quia & idem foret,quamuis nõ ita exprimeretur, ex doctrina Baldi in auth. generaliter. nu.17. C.de epiſcop.& cleri.vbi ait,quod ſi ſtatuto caueatur, vt debet ſolui decima ad rationem duorum ſolidorum pro libra de eo,quod petitur:ſi petatur fundus,vel domus, adhuc decima ſolui deber,quamuis non petitur quantitas:quia ſcilicet æſtimationis quantitas rei ineſt.ex gl.ibi.&. l.ſi ita.fideiuſſorem.D.de fideiuſſo.de qua noslate agemus infra.c.8.ex quibus cõprobari poteſt ſentẽtia Auileſij in forma ſecretę ſyndicationis.verb. cõdenar.n.3.& facit.l.6.tit.22.p.3.

9 Nu.

9 Nu. 9. ibi. eoq; iure vtimur. adde: iuxta notata per Bald. in. l. 2. n. 15. C. de resc. vend. & Bart. in. l. 1. in. prin. D. de vent. inspic. & Alex. in l. 1. §. fi. D. de verb. oblig. & in. cõs. 35. nu. 8. lib. 1. allegat Menoch. de arb. iud. quæstio. casu. 114. nu. 25.

Summa capitis primi.

2 *Distrahere idem est, quod contractũ dissoluere.*

4 *Quæ differentia sit inter contractum & obligationem.*

6 *Vocabulorũ proprietas ex iurisprudentiũ auctoritate proficiscitur.*

Nomina verbalia aliud plus, vel diuersum significare solẽt, quam verba ipsa, à quibus descendunt. ibi.

15 *Hysteron propteron figura cõmittitur in. l. 1. §. fi. D. de contrah. emp.*

18 *Exponitur ratio text. in prin. Instit. de adempt. lega.*

26 *Camelorũ mos est aquas cõturbare.*

35 *Verbum redimere propriè significat emere siue reemere.*

41 *Scriptura priuata appellatione instrumenti non continetur, secundũ vulgarem vsum loquendi.*

42 *Ex contractu emphiteotico Alcauala nõ debetur, etiã si aliqua pecunia à principio interueniat, id quod qualiter intelligendum sit, explicatur.*

43 *Tributa regulariter Regibus conceduntur, vt iustitiã subditis faciãt.*

Reges possunt contractus aliquos prohibere, ac proinde etiam onerare aliqua gabella, ibid.

Additio in cap. I.

1 
Vm. 1. ibi. de emp. & venditione. in princip. adde: cuius definitionem aliquid supplendo defendit Did. Peretius in. l. 1. tit. 7. libr. 5. ordina. pagin. 176. col. 2. sed bene reprehendit, &c.

2 Numer. 2. ibi. §. si vni. D. de transactio. adde: & in alia, idem est, quod cõtractum dissoluere. l. ex empto. §. is qui vina. D. de acti. empti.

4 Num. 4. ibi sunt quippe diuersa. adde: quia contractus stat in actu momentaneo & transeunte. l. sicut. C. de actio. & oblig. obligatio vero habet causam permanentem. l. obligationum fere. §. placet. D. eo tit. & ex alijs quoque differentijs optime explicat Baldus in. l. edita. in lectura. nu. 6. C. de edendo. Sed quod est causalis: quia scilicet ex contractu emergit, atque dimanat obligatio, & se habent tanquam mater & filia. l. 1. D. de actio. & oblig. vt notat Alciatus in dict. §. contractum. ac ego, &c.

5 Num. 5. ibi. & reciproca obligatio hinc inde nescens. adde: vt dicit tex. in princ. Instit. de authori. tutorum.

6 Num. 6. In prin. ibi. D. de actio. & oblig. adde: certum est autem apud Legistas, quod omnis voca-

bulorum proprietas ex iurisprudentiũ authoritate proficiscitur, vt ait Baldus in.l.liberti.nu. 5.in fine.C.de operis libert.nec nouũ præterea est, nomina verbalia aliud plus, vel diuersum significare, quam verba ipsa à quibus descendunt, vt aperte constat in verbo, oratio, quod licet ex natura verbi, à quo descendit latam significationem habeat, hoc proprio nomine solius oratoris locutio significatur, qui est vir dicendi peritus, vt definit Cicero in Bruto: & de verbo condicere, & nomine conditio, habemus exemplum in.§.appellamus.Instit.de actio.

11 Num.11. ibi.actiones sunt à iure ciuili. adde: ex communi sententia, quam resoluit Iason in.l. ex hoc iure.n.48.D.de iust.& iur.

15 Nu.15.In fin.ibi.Instit.de oblig. ex consensu. adde: & forrasis committitur in eo. §. fina. hysterologia, siue hysteron proteron figura, quæ est conuersus ordo, de qua agit Baldus in.l.1.num.20.C.de confessis: & Alciatus de verb. signific.lib.4.nu.9.

18 Numer. 18.ibi. ita nec diuersa verba verbis alijs tolluntur. adde: ex regu.l. prout quisque. D. de solutio.l.fere quibuscunque.D.de regu.iuris.&.l.nihil tám naturale. D.eo.tit.

In eo.nu.ibi.vt pessimè glossa & Bartolus acceperunt.adde: atque in idem fere recidit, quod in legatorum ademptione tradit tex. in prin.Instit.de adempt.lega. vbi inquit, quod legati ademptio fieri potest, nedum per eadem verba, quibus legatum est, veluti cúm sic dixissem, do lego: posteá itá adimerem, non do, non lego: sed & per diuersa quoque rationem dubitandi faciebat, quod aliàs, nisi per eadem verba adimeretur legatum, non videretur adéptio de illo legato diuerso intelligenda, vt quia per sinendi modũ legassem, & per verba vendicationis ademissem. Tamen quia legatum non ex vi verborum, sed nuda voluntate tollatur, ea differentia obseruata non est, prout obseruatur quidé in acceptilatione, vt explicui. Cessat veró, &c.

24 Nu.24.ibi.receptissima sentẽtia.adde: quæ iure nostro regio approbata est.l.1.tit.8.par.5.

25 Num.25. ibi.&.l.pecuniæ.222. D.de verb.sign.adde: & prout aliàs accepit I.C.in.l.item si filiusfamilias.aliàs.l.Sed Iulianus. §. mutui. D.ad Macedo.

26 Nu.26.& clarissimas illius tex. aquas, &c.sic lege: & clarissima illius text.verba, velut aquas conturbat Camelorum more, teste Solino cap.52.&.Plinio libr.8.c.18.

31 Nu.31. ibi. quæ nullatenus admitti debent. adde prout non admisit Bald. ibi in additione. num. 2. qui tandé cogitandum reliquit.

35 Nu.35 ibi. veteres vtebãtur.adde: falsé verbo, redimere, quod & proprié emere, siue reemere significat.

ficat. l. in delictis. §. si extraneus. ibi. Eumq; redemero. D. de noxalibus. &. l. Titium & Mæuium. §. altero. ibi. & sibi redemptis. D. de admi. tuto. nám, &c.

In eo. nu. ibi. c. 2. n. 9. adde: & est bonus tex. in. l. si ventri. in prin. ibi. qui redéptori. cú gl. D de pri. cred.

39 Nu. 39. ibi. vnde dixit Iason. &c. sic lege: vnde dixit Bald. in. d. l. cum doté. nu. 1. id bene explicans, quod statutú de soluenda gabella ex certo pretio, de sola venditione intelligitur. Notat Iason in. d. l. nu. 23. C. de iure emph. refert Castellus in. l. 70. Tauri. verb. *Vendida.* in prima additione. & Bertachin. &c.

41 Nu. 41. ibi. ff. D. de pœnis. adde: & permútari loca. in. l. vnica. C. de Colonis Thracensibus. lib. 11.

In eo. nu. ibi. vbi supra. §. 1. glos. 2. nu. 3. adde: & in gabellarú materia voluit Bald. in. l. 1. nu. 5. C. de iureiuran. propter calum. Vbi inquit, quod si ex forma statuti debeat solui gabellá de quolibet debitó, de quo fiat instrumentú, non soluetur ex eo, de quo facta sit appodissa, siue scriptura priuata: quia licet hæc secundum propriá significationé vocabuli instrumentum dici possit; aliud est secundúm vulgarem vsum loquédi, quem probat attendendum esse.

42 Nu. 42. in fi. ibi. c. 10. nu. 5. adde: at emphiteusis ab emptione & véditione, & permutatione, siue à contractu censuali & reliquis differt, vt dicemus infra in eodem. c. 10. n. 45. & est optimus text. in auth. de non alienan. c. 5. & 6. quicquid Bal. in. l. 1. nu. 5. C. de iure emphit. contractú véditionis esse fateatur. Atqui prædictá resolutionem veram esse intellige, non solum cú res aliqua in emphiteusim pro certa annua pensione cóceditur nihilo alio statim dato vel recepto, sed etiá si vltra pensionem á recipiente soluendam in futurum, pecunia aliqua pręsens rei domino iuxta partium conuentioné dum esset: quia adhuc si non multa fuerit, nó tàm venditio (etiam ex ea parte) quàm vera emphiteusis iudicanda est, vt gabella nó debeatur: quia & de natura illius contractus est, aliquam præsentem pecuniá dari, vt tradit tex. in. l. 3. tit. 14. p. 1. sic vt quod pręualet, inspiciendú sit iuxta ea, quę resoluit Tiraq. de retractu ligna. ff 33. qua de re iam semel dubitatú vidi.

43 Nu. 43. ibi de electione. lib. 6. adde: & generale est, in omnibus tributis, ea regibus dari ad hoc, vt iustitiam subditis faciant, pro quibus in id operas suas locasse videntur. c. non frustrá. 23. q. 5. Diuus Paul. ad Romanos. c. 13. & resoluit optime Matthæ. de Afflict. in tit. quæ sint regalia. in rub. n. 28. in vsibus feud.

In eo. nu. ibi. sellegerunt. adde: (quod sicut prohibere possent, iuxta. l. si in emptione. §. omnium. ibi. mores. D. de contrah. emp. Et notata per Bart. in. l. 2. nu. 1. C. de prędijs. & omnibus rebus nauicu. lib. 11. ità & onerare potuerút, argu. tex. in. l. in suis. D. de liberis & posthu.) vt quanto, &c.

Addi-

Summa capitis Secundi.

3 Explanatur ratio tex. in l. tenetur. aliàs. l. si hæris. §. vendidi. D. de actio empti.

5 Explanatur ratio text. in l. si in area. ver. sed & si is. D. de cōdi. indeb.

17 Non se bene excusat Parladorius in eo, quo fuerat ab autore notatus.

18 Exponitur text in l. filium, §. 1. D. de bonorum posse contra tabul.

22 L. 18. tit. 17. libr. 9. Recopilatio. in praxi non est, & quare.

25 Deciditur quæstio quædam in hac materia.

29 Aquam vendibilem esse ex sacris scripturis comprobatur.

30 Exponitur tex. in §. & quidē natura li. ibi. aqua profluēs. Instit. de rerum diuisione.

Ex sale vendito dubium non est gabellam deberi, ibid.

37 Qui trāsit per vadū nō debet passagium, quod in parte esset soluendum.

41 Exponitur dictū quoddam Pōponij Melæ.

Locare fœminā quid significet, ibidem.

Exponitur text. in l. 2. D. ad legem Rhod. de iactu. ibid.

45 Exponitur text in §. per traditionē. Instit. de rerum diuisione.

Exponitur text. in l. Quintus Mutius, D. de actio. empti. ibid.

55 In pratis pecunia distracti locum nō habet distinctio, de qua in cōditione 26. regiarum punctuationum.

Pascuorum venditio, aut locatio esse potest. ibid.

56 In glādibus & castaneis locū habet distinctio conditionis regiæ, de qua supra nu. 55.

59 Elegans distinctio traditur ad cognoscendum, an venditio, vel locatio contrahatur, quando fundus alicui cōceditur ad certū tēpus pro pecunia.

Agitur de veritate doctrinæ Baldi in l. 1. C. de vsuris. & quid tenendum sit, resoluitur ibid.

60 Declaratur doctrina Baldi circa pactū adiectū cōtra naturā cōtractus, vt sciatur, quādo vitiat, vel vitiatur.

Additio in cap. II.

3 Num. 3. ibi. quia ipse aliàs dare non posses, nisi priùs faceres. adde: iuxta text. elegantem & singularem, vt per Paul. de Castro. ibi. in. l. tenetur. § 1. aliàs. l. si hæres. §. vendidi. ibi. Verum est, & vt ędifices, agere me posse. D. de actio. empti. Cuius legis ratio ex supradictis apprimè intelligitur. Ita. Bartolus. &c.

5 Num. 5. ibi. non vt factum ædificium des mihi. adde: quia licet solum illud meum ego non possiderem, & postquam in eo ædificasses, possessionem mihi tradidisses, nihil mei accipientis faceres, vt est text. elegans in. l. si in area. ver. sed & si is. D. de condict. indeb. Nàm eo ipso. &c.

17 Num. 17. ibi. ex supra resolutis. nu.

nu.13.adde:nec se bene excusat prędictus Parladorius in. d. §.2 nu.10. in secūda editione. Qui dum grauiter dolet se fuisse reprehensum, non rationibus, sed conuicijs se se conatur vlcisci. At(mihi crede)satiús esset errorem proprium agnoscere, quam eum excusare: nam dúm iniustæ excusationi vnius erroris intendimus, in alios plures eosque grauiores incidimus. Vides enim, quod cúm in vno distinctionis membro ille autor notatus sit, in alio se excusat, si modó illa est excusatio, qua quidem nihil alienus, quod vel tantisper consideráti manifestius erit, quá vt in eius probatione nos amplius immorari oporteat. Sed illud facetius est, quod vel vnico verbo refert expositionem nostram ad tex. difficillimum in prædicta.l. item si pretio. §.1. D. locati. quasi res planissima esset, quæ Doctores omnes, & præcipue Paulum de Castro speciatin difficultatem agentem latuerit. Verum hæc est propria veritatis natura, atque conditio, quod cúm difficilis inventu sit, cum eam quisque audierit, facillima ipse videatur.

18 Num.18.ibi.dictam.l.item si pretio. §. 1. D. locati. & pretium non esse eam pecuniam ex alia ratione tradit Baldus in.l.1.nu.7.C.si quis omissa causa testam. Capitur enim mortis causa, vt ait tex.in.l.qui pretio.D.de donatio.mortis causa. Ex quibus manifeste constat, verbum venale, de quo in.l. filium. §.1.ver. erit. D. de bono posse. contra tabul. non tam venditionis contractum, quam solum pretium, quod aliàs sine venditione esse solet, vel gratificationis premium significare. Atqui, &c.

22 Num.22.ibi.iuxta lucrum operæ, vt tradit.adde.l.37.in quat.Gabella. Quæ est.l.18.tit.17.libr.9.Recop. cuius quidem exactio adeó difficilis est, vtpote quæ valde minuta, vt nunquam exigatur, prout experientia docet. Et quatenus ea lex argētariorum mercatorumque iuramento standum esse disponit, nec aliam contra eos inquisitionem fieri, vide Dida.Peret.in l.4.colum.222.ver.vnde infertur. tit.5.libr.1.ordin. sed vlterius aduerte, ne te decipiat, &c.

In eo.nu.ibi.& probat.d.l.cōuenit.adde: vbi id ad effectum actionis intentandæ, notauit Baldus.

25 Num.25.in fine.ibi.D. de contrahend.empt.adde: circa quæ omnia, & præcipué illa, quæ superius diximus.num.23. non est silentio prætermittenda quæstio illa, quæ semel ex facto contigit in hac ciuitate Caracensi, & quotidie potest contingere, ea est huiusmodi: Concilium siue Curia istius ciuitatis ex libero suo arbitrio solet cōcedere licentiam & facultatem calcis coquendæ in loco publico, scilicet ad extrahendos lapides & scindenda ligna vrendis lapidibus necessaria: sunt enim

hîc

30 Numer.30.ibi. Pegueta de feudis.titul.1. numer. 84. adde:nam quod dicitur,aquam iure naturali omnium esse communem, sicut aër, de profluente intelligendum est,videlicet de illa, quæ de facto contineri non potest, aut veré nõ continetur, iuxta text. in.l. si in meo.D. de aqua pluuia arcẽ.l.flu-minum. §. item videamus. D. de damno infecto. & notata per Cepolam de seruit.rust. c.4.de aquæductu.ex num.51.atque ita accipiẽdus est text.in.§.& quidem naturali.ibi, aqua profluens. instit. de rerum diuisione. quicquid gloss. ibi,de cœlo cadente intelligat, & sequi videatur.l.3. titul.28.part.3. generaliter enim accipiendus est text.ille, videlicet, de quacunque aqua, quæ profluit, veluti ex flumine,aut fonte publico,vel etiam ex fonte priuato, vt omniũ communis sit:nec dominus fontis possit me prohibere, quominus eam aquam profluentem in modum riui per loca publica, aut per inferiorem meũ fundum, ipse hauriam ad vsum & vtilitatem meã, rigando, vel alio modo, quasi illa aqua sic profluens naturalem libertatem recepisset,vt occupantis fiat,argum. text.in.§.planè.instit.de rerum diuisione.quamuis quidem ad libitum eam aquam dominus fontis continere possit, ne profluet,& ego vtar,ex notatis in.d.l.si in meo.cum traditis per Bald.in.c.cum annos.nu.33.de cõstitut. quem refert Alex. cõs.108. nu.2.libr.2. Aliás ex longo tẽpore seruitus inducetur, iuxta tex.in.l. 15.quę sic intelligẽda est.tit.31.par. 3.cæterum aqua,quæ ab alio continetur,aut in vasa reconditur,cõmunis nõ est,sed priuata potiús & vẽdibilis,vt explicui:& hinc, &c.

In eo.num.ibi.vsum niuis condemnat. adde: de sale autem qui etiam ex aqua fiat, iuxta.l.2.tit.13. libr.6.Recopilat. nemo vnquam dubitauit,quin si pro pecunia detur, vera venditio sit, vt regium vectigal debeatur: qui an inter cibaria connumeretur,agit Greg. in.l. 10.tit.18.verbo.*La sal*, part.2.

31 Num.31.ibi.nu.4.D.de publica.adde:& in.l.si tempora.nu.3.C. de fide. instrum. & iure hastæ. libro.10.

33 Num.33 ibi.in nullo pretio habita. adde: iuxta illud Horatij vbi suprà.nu.29.in additionibus istis.

In eo.nu.ibi.huius Regni omnibus pateat.adde: vt optimẽ pondetat.l.10.tit.18.par.2.

In eo.numer.ibi. vel eam noxiam haberet.adde: iuxta ea,quę. de electione loci, in quo villa constuenda sit,tradit tex.in.l.19.in fi. vbi Gregor.Lupus.tit.23.par.2.

34 Num. 34. ibi.cum notatis.D. qui testa. face.adde: & facit dictũ Baldi in.l.ex testamento. num.6. ver.istud est dictum cuiusdam doctoris.C.de secundis nuptijs.

37 Num.37.ibi.§.23.q.4.nu.20.adde: nám & si à transeuntibus per

par-

partem passagium debeatur, & quis noluerit per pontem transire, sed per vadum transeat, nihil debet, vt resoluit Baldus in. l. si cum pecuniam. numer.3. C. de priuil. fisci. quod verum est in nostro casu, nisi eo solo, &c.

41 Numer. 41. ibi. quod est mirabile, adde: & simile dictum reperies apud Pomp. Melam, libr.2. de Comosgraphia. cap.1. dum Thracium mores describens, inquit, quod nupturæ virgines non à parentibus viris traduntur, sed publice, aut locantur ducendæ, aut veneunt: vtrum fiat, ex specie & moribus causa est: probæ formosæque in pretio sunt: cæteras qui habeant, mercede quæruntur. Ecce qualiter ibi locari dicuntur fœminæ, ex quarum parte pecunia dabatur viris, qui eas haberent: sic proprie accepto verbo illo locantur, pro locationis contractu, prout ex contrapositione alterius verbis veneunt, apertè colligitur. Aliás autem locare fœminam, idem esse solet, quod nuptui tradere, iuxta illud Terentij in Phormione: Quæso, quid si filiam suam vnicam locaret? & idem locationis modus, de quo agimus, reperitur apud I.C. in. l. 2. statim in princip. D. ad legem Rhodi. de iactu. vbi Budæus notat: nempé quod præmium à locatore detur, & à conductore accipiatur, sicut & locari intelligit glo. in dict. l. quis saxum. eum hominem, qui pecuniam dedit, vt lapidē ipse eximeret, & ita quod quamuis ex sua parte, &c.

44 Num. 44. in fin. ibi. & non leuis operæ. adde. l. cuncti. ibi, laboriosis. C. de metallarijs. lib. 11.

45 Numer. 45. ibi. l. Quintus Mucius. D. de actio. empti. adde: sicut nec ipse fundus tradi potest absque eo, quod arbor defixa, vel superficies tradatur, quæ natura solo cohærent. l. obligationum ferè. ver. sic & in tradendo. D. de actio. & obligat. vt obiter intelligas text. in. §. per traditionem. instit. de rerum diuisione. dum ait, quamcunque rem corporalem tradi posse: accipiendum esse de ea re, quæ per se solam subsistat, siue mobilis, siue immobilis sit: secus veró si alij cohæreat: quia nisi cum re principali tradi non poterit, nec principalis sine accessoria, vt in dictis iuribus: quia cū illud. &c.

In eo. num. in fin. ibi. in dict. l. Quintus Mutius. adde: circa quā nota, quod patientia à venditore præstita, vt arbor per emptorem separetur, pro traditione ipsius arboris est, vt ait Baldus in rub. C. de contrahen. emp. num. 26.

50 Num. 50. ibi. in. l. nec emptio. D. de contrah. emptio. adde, & est text. optimus, qui in alio proposito ità distinguit in. l. si conuenerit. D. de pactis dota. quā ad id allegat Paulus de Castro in. l. si pater puellæ. nu.2. C. de inoffi. testam.

51 Num.51.ibi.lib. 5. Miscella. c. 3.adde: & probat. text. in.l. quod nostrum.63.D.de vsufructu.

52 Num.52.ibi.Bart.in.l.2.§.& harum.num.3.D.de verb.oblig. adde:& Baldus in. l. corruptionem. num.5.C.de vsufructu.

55 Num.55.ibi siue prompta & patens herba sit, siue nascitura.adde: absq; vlla suspicione fraudis, cui succurrit regia cõditio, de qua suprà num. præcedenti, præsertim quia herba non est de fructibus, qui ad tempus nascuntur & apparent, de quibus agit prædicta conditio: semper enim & omni tẽpore herba pascuorũ nascitur & virescit plus minus: atq; in eis locũ non habet distinctio illa, quæ optima & rationabilis est in alijs fructibus apparentibus vel nõ, pro ratione tẽporis: sicq; vt dixi, recta iuris ratione obseruata fieri potest, vt pratum locatum cõductumq; sit, & dominus, &c.

In eo.num.ibi.conducit ex notatis suprà.num.6. adde: sed cum præterea negari non possint, quin & ipsius herbę vẽditio esse possit, veluti cuiuslibet alterius fructus pendentis: atq; itá possit contingere, vt vel locatio pascui, vel herbæ venditio fiat, prout de vtroq; contractu est tex.in.l.23.tit.7. lib. 7. recop. & sunt plures prouisiones Regiæ promiscuè agentes de herbarũ vẽditione & cõductione in quaterno priuilegiorũ Mestæ generalis, vt cuilibet facile eripere spicere: non minor in hoc puncto, &c.

56 Num.56.in prin.ibi.notare tamẽ oportet. sic lege: duo tamẽ notata e oportet: primũ, quod de herbis diximus, non sic de glandibus & castaneis montium dicẽdum esse: quia cũ hæ non minus apparere vel non apparere dici possint, quã reliqui alij fructus, qui in vineis, oliuetis, & alijs arboribus colliguntur, proculdubió in eis, sicut in reliquis arborum fructibus, obseruanda erit conditio illa regia, de qua suprá.numer. 54. vt rectè quidem, sed ex alijs fundamentis voluit D.Giranda de gabellis. 8. parte. num.16. secundum, quod quamuis ex prædicta, &c.

In eo.num.in fine.ibi. sit obseruanda. adde: quod si consuetudo aliter se habeat, ipsa custodiri debeat, vt videtur innuere text.in. l. 9.ibi, *Segũ y como lo pagan y acostumbran pagar las otras personas seglares.* tit.18.lib.9.recop.

57 Num.57.ibi.verissima ac propria venditio est. adde: de euius iustitia agit Baldus in.l.si pater.nu.3. C.de inoffic.testam.

59 Num.59.in prin.ibi. quod modó non discutio.adde: attentius autem illud animaduertendum est, quæ supra laté resoluimus isto capite ex.num.46.intelligenda & accipienda esse, quando verba contrahentium versantur circá vsum fructum, vel circá fructus alicuius fundi ad certum tempus alicui cõ

cessos pro pecunia, vt ex prȩhabita resolutione videre licet: at verò, si verba contrahentium ad fundum ipsum dirigantur, vt quia ad certũ tempus pro certa pecunia fundus ille alicui concedatur, alia iuris resolutio est: etenim obseruanda erit distinctio Iacobi Menorsij, de qua supra. num. 49. videlicet, quod si factum versetur principaliter, vt quiá sic concedatur fundus, vt is, qui pecuniam dederit, eo vtatur & fruatur, plana locatio & conductio fit, siue vna pensione siue pluribus pecunia persoluatur. Quod si rei datio & dominij ipsiusmet fundi translatio fiat ad certũ quod piam tempus, vt quiá is, qui dominus fundi est, omnia sua iura & proprietate fundi in alium trãsferat pro pecunia, sine dubio emptio & venditio erit, siue vna pensione siue pluribus pretium constituatur: quia ex volũtate partium temporales rerum venditiones iure fiunt iuxtà notata in.l.fina.cum glo.ibi.ver.& contractus.C.de legatis. & diximus supra in scholio ad.l.1.tit.17.lib 9.recop.ver.vendiderint. quo casu notanda est singularis doctrina Baldi in.l.1.nu.6. C. de vsuris. vbi inquit, in temporali rei venditione, fructuũ magis, qui eo finito tempore colligentur, quã ipsiusmet rei fructiferæ venditionem fieri: quod sane si verũ est, duo maximi effectus ex illius cognitione dimanabũt. Primus propter diuersa membra gabellatum, scilicet rerum mobiliũ & immobilium, vt sciamus cui gabellario decima illa soluẽda est. Secũdus, quiá si fructus futuri pluriũ annorum vendini esse intelligũtur, prò rata temporis distribuẽda erit gabella inter publicanos, iuxtà ea, quæ latiús dicemus infra. cap. 21. sed certè, cúm isto casu cura & cultura fundi in emptoré trãseat, impossibile est intelligere, quod fructuum venditio sit ex ijs, quæ diximus supra isto.cap.nu. 57. sed ipsiusmet fundi venditio erit, & gabellario reiũ immobilium, & qui dé tota decima statim debebitur, quiá verè statim fundus purè venditur licet tẽporaliter siue ad certum tempus, vt aduertimus infrâ cap.6.nu.1.ad finem.

60 Num.60.ibi. iuxtà notata infrâ cap.14. nu.1. adde: prout expresse in proprijs terminis voluit Alex. in additione ad Bart.in.l.sancimus in fine.C.de consulibus.lib.12. sed ità, &c.

In eo.nu.ibi. aut nullus contractus fieri commodé intelligi potest prætérquam venditio. adde: vt quià forte in perpetuum contrahatur, quæ res non potest esse locatio: & túnc vitiatur pactum, & vẽditio valet, decimaq; debebitur, ex notatis in.l.vbi ità donatur.D. de donatio.causa mortis.& traditis per Baldũ in.l.si pater familiás. D.de adoptio. vbi ità distinguit: quod aut pactum adijcitur contra naturam accidentalem, & extrinse-

trinsecam actus: aut adijcitur contra naturam substantialem & intrinsecam ipsius actus. Primo casu pactum vitiatur, & non vitiat actum, cui apponitur ex.l.1.§.1.&.2.D.si vsusfructus pet. vbi dicitur, quod si lego vsumfructum, & adimo viam, per quam itur ad fundum, non valet ademptio, & remanet legatum principale: quià adimitur quoddam extrinsecum, quod erat sequela legati principalis, & ideò non vitiat ipsum legatũ. Secundo autem casu iterúm distinguit Baldus, vt videre poteris, si placet, apud ipsum Baldum: primum enim membrũ distinctionis decidit quæstionem nostram: cúm satis perspicuum sit, pactum adiectum venditioni, vt dominiũ rei ad emptorem non transeat, cõtra naturam accidentalem venditionis esse, non cõtra eius substantiam, vt explicuimus suprà. cap. 1. num. 2. Atq; ideó si adiectum sit venditioni perpetuæ, cúm non posit ea conuentio in alium contractum transire, vt dixi, vitiari potiús, quàm vitiare debet ex prædicta doctrina Baldi, vbi suprà, manebitq; ità vera ac propria venditio, ex qua regalis decima debeatur, prout in his terminis resoluit Cassenæus in consuet. Burgu. rub. 10. glo. le vendeur. & iuuat ea ratio, ne qua via fraudibus aliter apeRiatur, vt in iure congrui notat Tiraque. de retract. ligna. §.1. glo. 2. num. 37. in fine.

Summa capitis tertij.

1 *Ponderetur tex. in. l. 12. tit. 17. lib. 9 recop.*

8 *Explicatur dicta. l. 12. recop.*

13 *Venditione cõtracta fide habita de pretio, de quo faciẽda sit scriptura, statim debetur decima, non inspecto tempore scripturæ.*

Immunitas venditoris inspicienda est iuxtà tempus scripturæ, quæ de venditione facta erit, non iuxtà tempus cõuentionis de re & pretio, ibidem.

18 *Arrha quid proprie significet.*

19 *Regia decima non debetur, donec pretium venditionis liquidũ sit.*

21 *Circà tempus gabellæ soluendæ ex venditione, cuius pretiũ in arbitrium tertij collatum sit, mutat auctor priorem sententiam, quã tenuerat in prima editione.*

Additio in cap. III.

IN prin. ibi. ex quo tẽpore debeti incipiat. adde: quæ sanè quæstio triplicem tractatum habet. Aut enim proponi potest in vẽditione pura, aut in conditionali, aut in illa quæ ad diem certum contracta erit. Et primũ de illa, quę pura est sine die & conditione, ac deinde de reliquis suo ordine videamus. Cúm igitur venditio puré contrahitur, illud quærimus, an ex tẽpore con-

tractus, initi & celebrati, scilicet cùm de re & pretio purè conuentum est: an verò ex tempore traditionis rei venditæ, vel solutionis pretij, regia decima debeatur. Ex qua disputatione multi quidem effectus ijq; vtilissimi dimanabũt, vt inferiùs apparebit. nu. 9. & Baldus in Consilio. 243. incipit. tẽpore. & Consilio. 253. incipit, licet istæ allegationes. lib. 4. in terminis puræ venditionis apertè consuluit, &c.

1 Num. 1. In fin. ibi. ex notatis per eum ibi. adde: & videtur tex. expressus pro hac sententia in. l. 12. tit. 17. lib. 9. recop. vbi gabella soluenda est eo tempore, quo herba vendita pecoribus pascenda proponitur, ac proinde emptori tradi tur: pasione enim ille fructus percipitur, vt ait text. in. l. si quis vuas. D. de vsufructu. Quamuis alio tẽpore pretij conuentio fiat.

3 Num. 3. ibi. l. 1. nu. 3. & 4. C. de contrah. empt. adde: quod mẽti tenẽdũ esse, quia prodest ad multa, tradit Matth. de Afflictis in tit. quę sint regalia. ver. vectigalia. nu. 157. in vsibus feudo. & agnoscit, &c.

In eo. nu. in fine. ibi nec rei traditio expectatur. adde: vt probat quoq; tex. in. l. 65. in fine. titul. 5. part. 5.

4 Num. 4. ibi, nõ ex die mortis secutæ. adde: & ad rescindendũ ea, quæ in fraudẽ creditorũ alienata sunt, annus vtilis datur ex die vẽditionis contractæ. l. qui autem, in fine. & l. ait prætor. §. annus. D. quæ in frau. credit. propter quod, &c.

In eo. nu. ib. nu. 3. tit. 11. lib. 5. recop. adde: quicquid aliud voluerit latè resoluens Ant. Gometius in. d. l. 70. Tauri. nu. 16. atq; ita, &c.

6 Num. 6. ibi. sed conuentio perficit emptionem. D. de contrah. emptio. adde: & tex. optimus in. l. fina. ibi. emptio & venditio conuẽtione facta est, & nondúm res intercessit. D. de solutio. & est, &c.

In eo. nu. in fine. ibi. vt explicui. adde: & in hac mea sententia vide tur quoq; fuisse licet dubius Did. Peretius in. l. 2. pag. 196. ver. sed dubium est. in prin. ibi, præsertim interueniente traditione rei venditæ. tit. 7. lib. 5. ordina.

7 Num. 7. ibi. quám alienationis effectum ex ea causa. adde: scilicet dominij translationem, iuxtá. l. 1. C. de fundo dotali.

8 Num. 8. in fine. ibi. cap. 18. nu. 48. adde: nec rursús obstat præallegata. l. 12. tit. 17. lib. 9. recop. quiá specialis dispositio est in ea lege ad vitandam fraudem, quę circá tempus committi posset, vt latissimé agemus infrà cap. 21. ex nu. 41.

9 Num. 9. ibi. quamuis nec pretiũ solutum sit, nec res tradita. adde: ad quod faciunt decisiones Baldi in. l. extrà territoriũ. nu. 5. in fine. D. de iurisdict. omnium iudi.

10 Num. 10. ibi. adhúc viuo quæsita fuit. adde: tanquam fructus sui primogenij. iuxtá notata per Bald: in. l. 1. nu. 2. C. de vsufructu.

11 Num.

11 Num.11.ex prin.ibi.prout videtur quoq; dele hæc omnia vsq; ad finem paragraphi,ibi. tit.7.par.5. quià de hac lege iā suprà egimus isto capite.nu.1.in fine.& nu.8. in fine.in additamentis.

12 Num.12.ibi.non traditionis ex prædictis.adde:vt aliàs rectiús dixit Baldus in.l.1.nu. 4. ver. si veró ante nundinas.C. de nūdinis. præsertim quià eo casu fraus in tempore videretur fieri, & haberent locum quæ dicemus infrà cap. 21. ex nu.41.idemq; erit,&c.

In eo.nu.ibi.inspiciendū est, vt aliàs. adde: etiā meliús dixit idem Baldus in.d.l.1.nu.4 ver.sed quid si extrahuntur,quem refert,&c.

In eo.nu.ibi.vt quia illa mortua esset.adde:de qua re agemus infra cap.19.nu.93.in additione.

In eo.nu.in fine.ibi. notāda est. adde:& vide notata per Bald.in. l. Titius.D.de testam.militis.

13 Num.13.ibi.actum est à ptincipio in venditione.adde:scilicet vt contractus ipse vēditionis in scriptis redigatur, quod vel maximé in rebus immobilibus pro perpetuo titulo fieri solet,regia decima non debebitur,donec illa fiat:quiá anteá nullatenús perfecta venditio est,vt dixi.Quod certé nō ità erit, si de alia qualibet scriptura facienda ageretur in ipsa venditione, vt & infrà aduertam cap.6.nu.26. in additione veluti si aliquid tibi certo pretio vendidissem fide de eo pretio habita ad certum tēpus,itá tamen vt de illo soluendo instrumentū mihi conficeres: quiá isto casu statim perfecta vēditio est ante illius scripturæ confectionem, quæ non de vēditione ipsa,sed de solutione pretij faciēda est.Quod veró superiús diximus, circá venditionis scripturā versatur,quę *carta de venta* vulgó dicitur,vt cōstat ex prædicta.l.6. partitæ ibi, *quiero que sea desta vendida carta fecha.* In qua sola id cautū reperitur,vt ante eius confectionem non videatur perfacta venditio: ac proinde pro uenit,vt nec anteá ex ea venditio ne decima debeatur,vt dixi: quiá sicút ex venditione nulla,&c.

In eo.nu.ibi.*vendieren*.tit.17.lib. 9.recop.adde:quę actum perfectū & consumatum requirunt, nō inceptū,& qui sit in fieri,vt aliàs notat Baldus in.l.arboribus. §. Iulianus ait.D.de vsufructu.

In eo.nu.in fine.ibi,cap. 14. nu. 7.adde.vltimus, quod immunitas venditoris inspicienda erit iuxtá tēpus,quo scriptura fiet, non iuxtá tempus conuentionis initæ,vt dicemus infra isto capite nu.23.

16 Num.16.ibi.& Paulus de Castro in.d.l.quotiens.adde: de quo habemus decisionem tex.in.l. 17. ver. 2.tit.2.par.3.

18 Nu.18.ibi, in qua tamé arrha interuenit ex quacunq; parte. adde: scilicet in contractæ vēditionis argumentum siue pignus, iuxtà ea quæ de istius verbi significatione tradit Au. Gallius libr. 17.

noct. Attica. capite. 2. &. iuxtá. tex.&c.

19 Num.19.ibi. decimã eius computare.adde: nã cúm ea formetur respectu pretij, & pretium non sit certũ, minimè deberi potest, vt ex presse in terminis istius quęstionis tenuit Gulielmus in.l.ab emptione. D.de pactis. relatus per Baldũ cons.444.incipit, quoniã substantia.nu.1.volu.4.vnde dixit idẽ Baldus in repet.l.iusiurandũ.col.pen. ad finẽ.D. de iure iura. quod si de sententijs debet solui certa gabella pro qualibet libra, & feratur sententia non liquida, nõ debetur gabella donec illa liquidetur: quia scilicet cõputari non posset, ad quod allegat tex.in.l.statu liber.ratione. D.de statu liber.&.l.in fideicommissi.in prin.D.de vsuris. Igitur postquam pretium fuerit per tertium declaratum, illud dubitabitur, & quidem, &c.

In eo.nu.ibi.Bart. & Doctores notant.D.de condit.& demo.adde: vel punctuale tẽpus, vt explicat Baldus in auth.contra rogatus. in prin.C.ad Trebellia.

21 Num.21.in fine. ibi. Donellus de pigno.cap.de iure dominij impe.adde: sed quamuis hæc itá iure procedere videantur, & in prima huius operis editione nobis placuerint, & secutus fuerit.D. Girõda de gabellis.parte.9. §. 1. nu. 27. contraria sententia & iure verior, & in iudicando & consulendo (ni fallor) amplectenda est: nempé, quod primo gabellario vel domino istius venditionis decima soluẽda sit, & idem de illa, quod de alia qualibet conditionali venditione iudicetur. Quod vt dicerẽ, vbi semel ea sententia placuit, inconstãtiæ obijciendæ pudor non me detinuit, quià nec grauissimis etiam viris nouũ fuit, priores mutare sententias, vt aduertimus infrà cap. 5. nu.30. nec tanti apud nos est alicuius nostræ auctoritatis ratio, si quod inde detrimentũ pateretur, quanti veritatis iudiciũ, & legentiũ vtilitas, exemplo Baldi cons. 447.lib.4. vt ergó à priori sentẽtia recederẽ, hæc habui præcipua fundamenta: primũ est autoritas cõmunis sentẽtiæ, quæ habet, pretio in arbitriũ tertij collato conditionalem venditionẽ fieri, vt præter Angelũ & Corneum suprà allegatos apertè tradit Pau. Castrẽsis in. d.l.fin.in sũmmario.C.de cõtrah. empt.& Bartolus in.l.1.nu.5.de lega.2.generaliter notat, quod in cõtractibus arbitriũ facit conditionẽ, pro quo allegat tex.in.d.l. fina. secundũ & principalius, quiá si in prædicta specie non cõditionalis, sed incepta quædã venditio esset, prout ego dicebã, apertè sequeretur, quod interim antequã tertius pretiũ definiat, cuilibet contrahẽtium licebit à contractũ recedere, prout contingit in vẽditione per scripturã contracta, quod neutiquã verum est: est enim cõtractus iste irreuocabilis, prout ex mente docto-

doctorum videtur colligi in.d.l.fi na.Tertiū est, auctoritas Baldi in rub.in fin.C.de rerū permu.vbi di cit,quod si rei venditę pretium in arbitriū alicuius conferatur, & ga bella debeatur ex quocunq; cōtra ctu, nō debebitur ex laudo & de- claratione tertij,sed ex ipso solo vē ditionis contractu,& quidē ijs ga- bellarijs,qui tēpore conuentionis fuissent,nō tēpore laudi,argu.tex. in.l.fina.D.de stipul.seruo.allegat & sequitur Matthæus de Afflictis in tit.quę sint regalia.ver.vectiga- lia.nu.159.in vsibus feudo.& hanc partē tenendo nō obstat tex.in.d. §.pretiū autem.ibi,túnc omnino. 26 & ibi,túnc pro nihilo.in tit. de cō trah.empt.nec tex.in.d.l.19. parti- tæ,ibi,*estimen*,secundū ea, quæ pro cōtraria sententia cōsiderauimus suprà nu.19.Nām respondeo,vēdi tione cōtracta quāti Titius ęstima uerit , id solū decidi in ijs legibus, vt quamuis pretiū statim incōuen tione ipsa certū non sit,sufficiat sa tis certificandum fore per certi ho minis declarationē,& quod ea to ta venditio sub tali conditione cō sistat,si homo ille pretiū declaraue rit. Cæterū quià principalis quæ- stio in ijs iuribus de pretij certitu- dine erat,solū dixerunt ea iura,de clāratione pretij facta túnc tēporis perfici vēditionis contractū,adue niente scilicet pretij certitudine, quæ sola videbatur deficere,quęq; in venditione substātialis est: nec adiécerunt in præteritū quoq; vi deri contractā venditionē per con ditionis impletæ retrotractionē: quià hic effectus nō ex aduenićte qualitate certitudinis pretij , de qua erat (vt dixi) principalis dubita tio,sed ex conditionis aduentu & eiusdē retrotractione resultat, cu- ius tractatus & materia in aliis le- gibus definitur, iuxtà ea quæ laré resoluemus infrà cap.5. ex nu. 10. atqui hanc vltimā sententiā tenuit Io. Parladorius lib. rerum quotid. cap.3.§.3.n.27.in secūda editione, & quidē rectē,si eā iure vel aucto- ritate probasset , & prioris nostræ sentētiæ fundamētis satisfecisset.

Num.26.ibi.nu.71,&.72. adde: & voluit Matthæus de Afflictis.d. tit.quæ sint regalia.ver.vectigalia. nu.43.in vsibus feudo.

Summa capitis quarti.

11  *Onciliatur Baldus secum se ipso in alio loco.*

Qui duplici iure vtitur,eū excludit,qui vno solo vti potest. ibidem.

15 *Inspicienda est consuetudo loci, in quo res aliqua præstanda est,non lo ci,in quo concessa est.*

Statutū iubens gabellā solui de omni contractu,non ligat subditos cō trahētes,extrà territoriū. ibidē.

16 *An ex eo,quod in instrumento dici- tur, quod quis vendidit & tra didit,probetur traditio facta,re missiuè.*

 27 Expo-

37 *Exponitur tex. in l. 4. tit. 10. lib. 9. recop.*

38 *Venditione cōtracta in confinio locorũ, cui potiùs loco soluenda sit decima.*

Licentia, quæ dari debent mercatoribus ad recedēdũ de feria, quot dies durent de iure, ibidem.

Venditione ità cōtracta in vno loco, vt de ea scriptura fiat, quæ postea in alio loco facta est, quo in loco venditũ esse dici debeat ad effectũ solutionis decimæ, ibidē.

35 *Si de vēditione fructuum debeatur gabella, vēdito fundo fructibus pleno gabella non debetur.*

Infertur ad decisionem quæstionis valde contingibilis, ibidem.

39 *Transactio super re immobili requirit eandē solemnitatē, quæ in alienatione eiusdē rei necessaria est.*

40 *Ex vēditione nauis, vbi fuerit apiũ regia decima debetur, ac si res immobilis vendita esset.*

41 *Si dominus loci fugauerit ciues, tenetur ad quātitatem gabellæ, quæ ab illis esset Regi soluenda.*

Additio in cap. IIII.

1 Num. 2. ibi, tēpore cōtractus, quem sequitur. adde: ex benè resolutis per Matthæum de Afflictis. vbi suprà d. ver. vectigalia. nu. 49. vbi generaliter resoluit, gabellam deberi in loco contractus.

4 Num. 4. in fin. ibi. D. de legibus. adde: ab ista autē regulā istius primi casus excipiũtur quedā vēditiones, ex quibus non in loco vēditionis aut traditionis, sed in ciuitate Hispalēsi decima soluēda est, vt cōstat ex l. 6. & l. 7. tit. 17. lib. 9. recop.

11 Num. 11. ibi, alibi facta, vt ibi decimā soluendā esse diceret. adde: quia quàndo gabella simpliciè actũ cōtractus inspicit, veriùs est, nō locũ solutionis, sed locũ ipsius cōtractus, id est, vbi ille absoluitur inter partes, obseruādũ esse, vt putat Baldus in l. 1. n. 3. C. vbi cōuenitur qui certo loco. Et refert additio ad eũdē Baldũ in. c. 1. de milite vassallo, qui contumax est in vsibus feudo. ver. extrà quæro. qui quidē Baldus sic debet & potest conciliari cũ se ipso in d. l. multũ. nu. 12. vbi cōtrariũ videtur tenuisse atq; ideò prædicta lex regia nedùm rei traditionem, sed & ipsiusmet rei venditæ existentiam, &c.

In eo. nu. ibi. cōcurrentiũ in vno & eodē loco. adde: quià duæ rationes vincunt vnā, vt notat Bald. in l. 2. §. idē est. D. de vsufructu adores. & in l. 1. per tex. ibi. C. de legiti. hæred. & qui duplici iure vtitur, eũ excludit: qui vno solo vti potest, auth. de consanguineis, & vteri, in fine, collat. 6.

15 Num. 15. col. 2. ibi, an res illa vēdita in hoc regno, vel extrà regnũ existat. adde: nec est quidē distinguēdũ, eo quod regia decima nō ratione rei vēditæ debeatur, vt sæpè dixi: propter quod locũ nō habet in hac materia quæstio illa Doctorũ.

an ciuis collectari possit in ciuitate propter bona alibi sita extrà ciuitatis territoriũ, de q̃a per Bart. in. l. 1. nu. 33. C. de mulie. & in quo loco. lib. 10. vbi additio plura allegat: & vide Tiraquel. de iure primog. quæst. 42. n. 19. & nu. 24. & est tex. in. l. 5. tit. 9. lib. 7. recop. quo sanè casu; scilicet si ratione rei vẽditæ gabella regia deberetur, dubiũ nõ esset, eũ locũ inspiciendũ fore vbi res vẽdita existeret: vnde dixit Baldus in. §. si qua cõtrouersia. de pace cõstantię. in vsibus feudo. quod si Imperator cõcessit mihi Tusco feudũ cuiusdã Castri Alamaniæ, videtur mihi cõcessisse secũdũ cõsuetudinẽ Alamanię. & si Alamanico cõcedit in Tuscia, videtur cõcessisse secũdũ cõsuetudinẽ Tusciæ, quià cõsuetudo pręstationis & rei pręstãdæ intelligitur secũdũ locũ vbi debet fieri traditio & solutio corporalis. l. semper in stipulationibus. D. de regu. iuris. quod quidem aperte cessat in nostra materia & quæstione. Idemq;, &c.

In eo. nu. col. 3. ibi, gabella ista deberi nequit. adde: etiã si venditor Hispaniensis aut Castellanus esset Regi nostro subiectus, ex doctrina Angeli in. l. fi. nu. 8. D. de iurisdict. omni. iudi. vbi inquit, quod statutũ iubens gabellã solui de omni cõtractu, nõ ligabit subditos contrahẽtes extra territoriũ. Et vide Menochiũ de præsumptio. lib. 2. præsumpt. 2. ex. nu. 5.

In eo. nũ. ibi. Decius cons. 457. &c.

nu. 1. & 2. adde: idẽ Baldus in. l. 1. nu. 3. C. vbi conuenitur qui certo loco. Dicens, quod si de contractu debeatur gabella, & ego promitto Perusij, & defertur solutio Bononiæ, Perusij soluẽda gabella est, vbi contractus inter partes absoluitur, vt retulimus suprà isto capite. nu. 11. & eam, &c.

In eo. nu. in fine. ibi. agit in proposito. adde: & Rebuffus ad leges Galli. 2. tomo. de donatio. glo. 3.

16 Nu. 16. ibi. & in alio venditur, cõuenit autẽ. adde: (vel ita rerũ euentu factũ est cum sit eadẽ vel maior ratio) vt in alio tertio, &c.

23 Num. 23. in fin. ibi. consensu perfecta est. adde: vt est glossa optima in. l. obligari. §. toton. ver. aut per epistolam. D. de auctori. tutorum.

24 Num. 24. ibi. de terra. ligna. §. 1. glo. 10. nu. 68. adde: & hoc videtur verius, quamuis cõtrariũ tenuerit Baldus in. l. obseruare. §. post hæc. nu. 8. ver. decimò. ibi, eadẽ quęstio est in loco. D. de officio procur.

26 Num. 26. in fin. ibi, viso & pręhabito. lib. 2. adde: & an ex eo. quod in instrumẽto dicatur, quod talis vendidit & tradidit, probetur traditio facta, vide apud Bald. in rub. nu. 20. C. de contrah. emptio.

27 Num. 27. ibi. in praxi seruatur. adde: etiám in fauorem loci dominicalis, scilicet, qui regis non sit, sed cuiuslibet: quiá lex illa generaliter loquitur ibi: *en los lugares donde moraren.* de quo iàm vidi multùm dubitari.

28 Nu. 28. ibi. prædictæ cõditionis. 48. adde: decimus tertius casus esse potest de eo, qui in linea diuidente terminos duorũ populorũ aliquid vẽdidit, cui scilicet loco decima sol uẽda est. Et de maleficio ità cõmis so agit Baldus in.l.1.nu.16.ver. quę ro, in medio. C. de cõfessis. Ex quo sumi potest argumentũ ad hunc casum: & qualiter tũnc testes debeãt deponere declarãtes cuius iu risdictionis locus ille sit, agit idem Baldus in.l. data opera. nu. 28. C. qui accusare non possunt.

Decimus quartus casus desumi potest ex.l.50. in fine. ver. *Y porq̃ se ria. tit. 19.* lib. 9. recop. de qua dicemus infra. cap. 11. & circà licentias illas, quę iuxtá eã legẽ dari debent per gabellarios ijs mercatoribus, qui volũt à feria siue à nũdinis recedere, eo quod vẽdere nequeunt merces suas, aut nolũt, aduertendum est: quod tales licentiæ durãt per septẽ dies duntaxàt, duos quidẽad arripiendum iter, alios veró quinq; pro itinere perficiendo, vt notat Bartolus in.l. vnica. C. de tractatorijs & statiuis. lib. 12.

Decimus quintus casus est, quãdo quis in vno loco vẽdit rẽ mobilẽ, eo actó vt illius vẽditionis scriptura fiat: quó casu nõ nisi scriptura cõfecta venditio perficitur, iuxtà ea quę suprà late resoluimus cap. 3. n. 13. euenit autẽ in alio diuerso loco scripturã fieri: & dubiũ est, quo in loco venditio illa celebrari videatur, vt secuta rei traditione ex regulis suprà traditis regia decima adiudicetur. Et quidem proculdubio existimo, quod in loco cõuentionis factus esse intelligitur ille cõtractus, non in loco scripturæ cõfectæ: quia in illo primo vtriusq; cõtrahentis consensus cõiungitur super re & certo pretio, quę sunt pręcipua substãtialia vẽditionis, tex. in prin. instit. de emptio. & vend. & quãuis scripturæ cõfectio in illo casu adhúc pro substãtia requiratur, vt diximus suprà dicto cap. 3. velut extraneũ quoddã accidens est: & vbi præcipua corporis pars inuenitur, ibi & totũ corpus existere dicẽdũ est. l. cùm in diuersis. D. de religio. & sumpt. fune. & pro hac sententia videtur decisio Baldi in.l. vniuersa. in fi. C. de precibus Imper. offere. vbi argumẽto tex. in.l. exigere dotẽ. D. de iudicijs. infert ad solutionẽ gabellæ, vtrũ debeat solui in loco contractus, an in loco instrumẽti re cõciliatiui illius cõtractus: & inquit eã legẽ facere, secundũ vnũ intellectũ, quod in loco primi contractus soluatur gabella: circà quã decisionẽ aduerte, quod licet Baldus loquatur quando instrumẽtũ fit ad solã probationem debiti vel cõtractus iàm celebrati, vt ex eodẽ Baldo apertè cõstat, quo casu illa quęstio nullã dubitationẽ habet, eo quod gabella ex contractu quidẽ, & non ex instrumẽti cõfectione debetur: adhúc verissimè ampliãda videtur illa decisio ad nostrũ casum, in quo pro substãtia & omnimoda

nimoda cōtractus perfectione instrumētū illud requiritur; quia potiús in illo loco cōsensus, qui principalior pars est, quā in loco scripturæ vēditū esse intelligitur ex prędictis. Sed & alij quā plurimi, &c.

32 Num.32.ibi. super pluribus bonis. adde: vel quis ea plura bona vno pretio vendiderit, quæ, &c.

35 Num.35.ibi.D.de actio. empti. adde: scilicet propter immobilē ra dicē, vt ait Baldus in.l.1.nu.12.in fine.C.de iure emphit.

In eo.nu. in fine. ibi. separationis. adde: his optimè aptari potest quęstio illa Doctorū, quæ habet, si debetur gabella de venditione fructuū, & vēditur fundus fructibus plenus, an isti fructus veniāt gabellandi. Et gabellandos nō esse dixit Gulielmus & alij Doctores antiqui, quos refert & sequitur Baldus per tex.ibi.in.l.non solū.nu.2.in fine.D.de ininteg.rest. mino. & est ratio, quia nō attenditur accessoriū seù cōsecutiuum, sed principale.d.l.non solū.&.l. si quis nec causam.in fine.D.si cert.pet.l.sed addes.§.si quis mulieré.D.locati. &.l.si ex duobus.§.fin.D.de peculio. & quiā non videtur separata vēditio fundi & fructuum, sed vna & vnius rei venditio est, népé fundi, per tex.elegantem in.l.fina.§. penult.D.quæ in fraụ.cred. atqui ex prędictis itá resoluit Albericus de Rosaris.2.parte.statutorū.col.fin. quem refert & sequitur Mattheus de Afflictis in tit.quæ sint regalia. ver. vectigalia. nu: 209. in vsibus feudo. & poterit quæstio vtilis esse quotidie in hac ciuitate: etenim ratione fructuū generalis gabellarū distributio fit inter ciues, *repartimiento, o el padron de labrança y crianca* vulgó dicitur; rerum autem immobiliū locatio fit publicanis: igitur si ciuis fundi sui fructus vendiderit, nullā aliam gabellam debet: quod si fundū ipsum distraxerit, publicano tenetur. Sit ergo itā, quod fundū fructibus plenum vēdat, nonnè eo minús gabellæ nomine obligabitur, quo pluris propter fructus pendentes fundū illum vendiderit? videtur, quod releuari non debeat ex ea causa, quiā tota ea venditio fundi est, non fructuū ex præhabita resolutione. Sed cōtrariū puto, pretij contributione facta, iuxtā.l.si quod ex Pamphila. de legatis.2.

39 Num.39.ibi. iuxtā dictā.l.9.tit.17.lib.9.recop.adde: vnde cōsuluit Angelus cons.213.transactiōnē super tertia parte hæreditatis nullā fuisse, ex quo non interuenit solēnitas statuti loquentis de re immobili, allegat & ponderat ad aliam quæstionē additio ad Baldum in.l.2.nu.2.sub litera.d.C. si aduersus donatio.in alijs autem, &c.

40 Num.40.in fine.ibi.l.9.eo. tit. & lib.adde: quin & illud quoq; notare oportet, vendita naui tanquā de re immobili gabellam deberi, ac proinde non in loco cōtractus aut traditionis, sed eo loci, quo nauis ex

uis existeret vēditionis tempore, soluendā esse, iuxtà tex. in. d. l. 9. re cop. iuncta resolutione Boerij decisione. 177. nu. 6. Idemq; erit, cúm quis vēdit alueos apium, colmenas vulgó dicimus; quià in eo loco, quo siti fuerint tempore venditionis, decimam regiā soluet, nō in loco contractus aut traditionis: quià licet de loco moueri possint, & alio deferri, pro immobilibus iudicantur. l. 6. tit. 20. par. 1. nisi fortè itá vendātur, vt separentur à solo, argu. eorū, quæ supra diximus isto capite nu. 33.

42 Num. 42. in fine. adde: nisi forte dominus illius loci ex præssura Tyrannica ciues fugauerit, quià túnc poterit ipse per regium procuratorem conueniri ad quantitatē, aliàs gabellæ nomine debitā, vel quæ solui cōsuesceret in eo loco, ex resolutis per Greg. Lupū in. l. 22. ver. de saforaren. tit. 13. par. 2.

Summa capitis quinti.

1 *Effectus conditionis semper habet oculos retrò vsq; ad tempus dispositionis.*

3 *Regula tex. in. §. ex conditionali. Instit. de ver. oblig. generalis est in omnibus contractibus.*

7 *De intellectu. l. Labeo scribit. D. de contrah. empt. remissiuè.*

9 *Modus adiectus in venditione, loco pretij est.*

Modus adiectus in venditione quādo habeat vim conditionis, latè declaratur. ibidem.

10 *Stante statuto, vt de legatis soluatur gabella, relicto annuo legato, cui gabellario gabella debeatur, latè differtur, explosa Baldi sententia in hac re.*

Malè allegatur Bartolus per prædictum Baldum. ibidem.

35 *Alternatiua venditio qualiter accipienda sit ad solutionem regiæ decimæ, remissiuè.*

Additio in cap. V.

1 Num. 1. ibi. notant. D. si cert. peta. adde: & ibi Decius num. 4. allegat Signorolū cōs. 227. incipit, in quęstione nullitatis. col. pen. dicentē, quod defectus cōditionis semper habet oculos retrò vsq; ad tēpus dispositionis, vt si conditio deficiat, perinde sit, ac si contractus cōditionalis nō fuisset celebratus. atq; ità impossibile, &c.

3 Num. 3. ibi. in. l. 70. Tauri. adde: & si tutor detur sub conditione, dies ad excusandum dari non currunt nisi à tempore impletæ conditionis, vt est tex. elegans in. l. penult. §. 1. D. de excusat. tuto.

5 Num. 5. ibi. in. §. ex cōditionali. Instit. de ver. oblig. adde: cuius regula generalis est in omnibus contractibus. l. si pactum. D. de probatio. quā ad hoc allegat Petrus Peralta in. l. cū pater. §. à filia. num. 47. de lega.

de lega.2.cum ijs, quæ notat Anto.&c.

6 Num.6. in fine. ibi.§.1.gloss.2. num.29.adde: quibus omnibus rectè perpensis manifestè constat, nullo iure ab hac opinione recedere. D. Girendam de gabellis.6.parte. ex num.7.vbi in ver. & præterea. Tutè affirmat, cōditionalem vēditionē quóad gabellæ solutionē attinet, perfectā esse antequā extiterit cōditio, ac si id iuris principijs cōtrarium nō esset, prout ex supradictis apertiùs demonstratur, quam vt repetere necesse sit.

7 Num.7. in fine. ibi. l. iure ciuili. D. de cōd. & dem. adde: & est tex. optim. in. l. Labeo scribit. aliás. l. si mihi bibliothecā. D. de cōtrah. empt. de cuius intellectu vidēdus est Baldus in. l. interlocutio. nu. 2. D. comminationes vel epistolas.

9 Num.9. ib. & à conditionali differt, vt. adde: est tex. elegans in. l. cum ab eo. & ibi Barto. D. de contrah. empt. & in simili legato probat. l. libertas, &c.

In eo. nu. ibi. deberi diximus suprà cap.3. in prin. adde: prout in retractu sanguinis resoluit Tiraquellus. §.1 glo.2. nu.34. cū sequenti.

In eo. nu. ibi. præstita cautione de modo implendo. adde: vt in cōtractibus est tex. elegans in. l. insulam. §. fina. D. locati. & in sententia iudicis est tex. in. l. cúm eorū. Vbi Doctores notant. C. de sent. & interloq. & in vltimis voluntatibus est tex. in. l. demonstratio falsa. §. si. & l. si cui. D. de conditio. & dem. l. Liberto. §. Lucius. D. de annuis legatis. & l. si tibi legatum. de lega.3. consonat tex. in. l. 21. tit. 9. part.6. & notant omnes in. l. quibus diebus. §. Thermilius. vbi Barto. nu.15. D. de condit. & dem. & multi alij relati per Molinam lib. 2. de primog. Hispano. cap.12. nu. 28. atqui prædicta resolutio circá regiam decimam vel eó maximè procedit, quiá modus positus in vēditione, efficax pactum est, & ab ipsa vēditione vestitur, ac loco pretij habetur, iuxtá tex. & notata in. l. fundi partem. D. de cōtrah. emptio. & quæ latè resoluemus infrà cap.15. per totum. Itá vt de illius implemento non magis curandū sit ad solutionem decimę, quā de ipsius pretij cōuenti solutione, ex resolutis suprà cap.3. per totum.

Illud veró eleganter animaduerte, quod núnc diximus, sic accipiē dum esse, si modus adiectus venditioni talis sit, qui ab altero ex contrahētibus impleri debeat aut possit: veluti si tibi vēdidero domum meam centum aureis, itá vt Capitolium ascendas, vel aliquid aliud facias, vel des: aut si itá emeris eo pretio, vt aliquid ego faciam vel dem, vt in. d. l. cum ab eo. ver. veluti si hoc modo. D. de contrah. emptio. quo casu sumus in terminis dictæ. l. fundi partem. D. eo. titul. & est verissimum quod suprá diximus. Cæterum si modus ille venditioni adiectus

talis

talis sit, qui vel á fortuna pendeat, vel à voluntate alicuius tertij: veluti si tibi eo pretio vendidero domum meam, itá tamen vt nauis ex Indijs veniat: vel tu emetis, ità vt rex veniat in istam ciuitaté, vel aliquid aliud obtingat: magis videtur, quod eo casu modus ille vim conditionis habeat, iuxtá notata per Bart. in. l. licet. in prin. D. vt legatorũ nomine caueatur. Et Baldum in locis allegatis per Grego. Lupũ in dicta. l. 21. ver. manera. tit. 9. pat. 6. vt locũ habeát quæ de cõditione suprà resoluimus.

10 Num. 10. ibi. venditione in præteritum. D. de peri. & commo. adde: tradit Angelus per tex. ibi. in. l. fina. §. 1. & ibi Alexa. D. de vulgari & pupil. subst. refert & sequitur Decius in. l. pecuniam. nu. 4. D. si cert. pet. & facit, &c.

In eo. nu. in fine. ibi. superiús diximus. cap. 4. nu. 28. adde: ex quo dubia videri potest, immò plané falsa doctrina eiusdem Baldi in. l. in annalibus. nu. 3. C. de legatis. vbi agés de legato annuo sic ait: quæro si ex forma statuti debeat solui gabella de legatis, & emptores gabellarum generaliter mutétur de anno in annum, cui debet solui? Respondeo, illi gabellario cuius est gabella in principio cuiuslibet anni, secundúm Bartolũ, qui ità notat in. l. in lege Falcidia nõ habetur. & in. l. cum Titio. D. ad legem Falcid. & hoc est verum, quia habétibus ius eius anni, debet solui pro illo anno, argu. l. defuncta. D. de vsufructu. & l. Iulianus. §. si locatus. D. de actio. empti. & l. fina. D. de iure fisci. Hæc Baldus. Quiá certè vt dixi, hæc doctrina falsa videtur: quod vt facile intelligatur, breuiter animaduertẽdum est, quod quamuis Báldus allegat Bartolũ pro ea sententia, nihil tale dixit Bartolus in locis præallegatis, vt ibi videre licet: sed solúm dixit Bartolus in. d. l. cum Titio. quod obstãte statuto, vt de legatis soluatur gabella: si annuum legatum relictũ est, gabella debebitur pro primo anno totũm, & pro reliquis soluetur prout dies cesserit. Et ratio est, quiá annuum legatum pro primo anno est purum, & pro sequentibus conditionale, immó plura legata continet conditionalia, vt probat tex. in. l. 4. D. de annuis legatis. atq; ità impossible est, quod gabella debeatur de pręsenti pro legatis cõditionalibus per ea, quæ de cõditionali véditione suprà resoluimus. Cęterũ si vni uscuiusq; legati, idest, pésionis cuiusq; anni cõditio existat, vt quià viuat legatarius, dubitare nõ licet, quin gabella debeatur ex eo legato, ac si à principio puré relictũ esset ex ijs, quę nuper suprà diximus. Immó nec illud ex eadé resolutione dubitandũ videtur, quin ei gabellario soluéda sit illa gabella, qui à principio, idest, tépore mortis testatoris fuerit, propter eiusdé cõditionis retrotractioné: & quáuis verum est, si bené aduertas, prædicta proce-

procedere in annuo legato, quod vita legatarij finitur, iuxtá quęstionem Bartoli vbi supra, & materiá tex. in d. l. 4. D. de annuis legatis, & quod Baldus loqui videatur in annuo legato perpetuo, iuxtá materiá tex. in d. l. in annalibus, quod sanè à principio putum est totum, & nullam cōditionē habet: idem profectò à fortiori dicēdum esset, scilicet totá gabellā ei gabellario deberi, qui tēpore mortis testatoris fuisset, & quidē statim nisi aliud ęquitas & fraudis suspicio suaderet, iuxtá ea, quæ latè resoluemus, infrà capit. 21. ex numer. 41. quæ vide.

18 Num. 18. in fine. ibi. de qua in dicta. l. si filius familiàs. adde: quin portiús, cū simul pecuniā mutuó dedissent, æqualis vtriq; sine prælatione nasceretur obligatio, si (inquā) iuxtà opinionē Bartoli in ea primæua conditionaliq; pignoris cōuentione cessaret retrotractio.

30 Num. 30. in fine. D. de contrah. empt. adde: prout mutauit Baldus in cap. 1. nu. 4. de beneficio fratris, & qualiter frater succe. in vsibus feudo, & Imperator in auth. de nuptijs in prin. colla. 4.

33 Num. 33. ibi. extrinsecam & intrinsecā adde: & similē distinctionē facit glossa in. l. cúm iudex. vbi Baldus ex. num. 1. C. de sent. & interloqu. omni iudi.

34 Num. 34. ibi. dominij, quę nō probo. adde: vt videre licet apud Baldum in. l. 1. num. 3. ver. vlterius oppono. vbi additio litera. b. C. an seruus ex facto suo, &c.

35 Num. 35. in fin. ibi. materia egredi. adde: vltimó circa alternatiuā venditionē, iuxtá speciem tex. in. l. si ità distrahatur. 25. D. de cōtrah. emptio. àn scilicet ea conditionalis sit, & qualiter eius decima debeatur, dicemus infrà. cap. 9. num. 43. in additamentis.

Summa capitis sexti.



9 *Xponitur tex. in. l. ei qui. D. de conditio. in stit.*

15 *Paupertas à gabella excusare solet.*

23 *Venditione facta rei patrimonialis fide de pretio habita, statim currunt dies ad retrahendum.*

24 *Venditione in diem contracta duplex oritur obligatio: vna purè ad gabellam, & alia in diem ad rem vel pretium.*

26 *Scriptura, quæ fieri debeat de pretio soluendo, non suspendit effectū neq; substantiam venditionis.*

Venditione in diem contracta, si veniente die immunes nundinæ sint, non ideo magis venditor à gabella liberatur. ibidem.

Additio in cap. VI.



2 Numer. 2. ibi. venditam dare, donec moriar. adde: iuxta. l. scrupulosam. ibi, quæ vel quocunque contra-

contractu.C. de contrah.& commit. stip.vel nisi ex tali die certo iuxtà.tex.in.l. Lucius Titius.D.de actio.empti.

3 Num.3. ibi. licet pretiũ statim debeatur.adde: iuxtà.tex.in.§.omnis.iustit.de verb.oblig.

In eo.num.ibi.l. cedere diem. D.de verb.sig.adde: & in. l. 1. vbi eleganter Baldus ex.num. 4. C. vt actiones ab hæred.& contrà hęredes.& resoluit,&c.

4 Num.4.ibi. contractus executio differatur.adde: & notat gloss. in.d.§.omnis.verb.in diem.instit. de verb. oblig. &. l. 12. titul. 11. part.5.

9 Num. 9. ibi. illud, si agnitum non esset.adde: & est tex.elegans sic de legato damnationes intelligendus in.l.ei qui.13 ibi, aut legatum adquiri solet. D.de condit. institut.

11 Num.11.ad finem.ibi.quo casu vtrumq; expectãdum est. adde.l. 17.in prin.tit.11.part.5.

In eo.num.ibi.D.iudicatum solui. adde: nam & purè vel sub conditione alternatiué vnum,& idẽ legatum relinqui potest, quod est magis mirandũ, vt cõstat ex.l.non ad ea. 89. ver. quod si purè. D. de cond. & demo.& in proposito est text.elegãs in.l. Titio vsufructus. 21.D.de vsu & vsus leg. quo fit in specie dicti. §. si sub conditione quod cúm antequam dies,&c.

15 Num.15.ibi. ver. alioqui. D. de pigno.actio.adde:l.si seruus depositus. §.1. ver. nã non debet cogi vẽdere.D.de noxalibus.& ijs,quæ tradit Baldus in.l.2.nu.2. C. quod cũ eo. præcipué quia paupertas á gabella excusare solet ex laté resolutis per additionem ad Bart.in.l. omnes.C.de Annonis & tributis. lib.10. de quo dicemus infrá cap. 19.nu.1. & quia vel in hoc casu reclamare videtur ratio illa cõtra tributum istud,&c.

16 Num.16.ibi.proût eleganter ad notat.adde:Baldus in.l.1. nu.4.C. de vsuris, & explicat Caro. Molinæus,&c.

18 Num.18.ibi.§.plus autem.instit. de actio.adde:&.§.item si ille. instit.de fideiusso. & text. optimus in.l.circá legem.D. ad leg.Falcid. vbi interuallum temporis minorẽ reddit quantitatem.

23 Num.23. ver. tertium. ibi. aut permutationẽ soluitur.adde: quià cúm ex causa venditionis contractæ ad solutionem decimæ venditor teneatur, non vtiq; solutionis pretij obseruanda sunt tempora, vt aliás arguit.l.C.in.l.1.D.qui potiores in pigno.habea.vt aperte cesset,&c.

In eo.num.ibi.l.1.ver. totius. in præfatione.adde:& hinc est,quod si venditio fide habita de pretio celebretur, statim cõpetit retractus sanguinis, & dies legitimi ad retrahendum computantur, vt ex.l.72. Tauri.tradit Couarr.lib.3.varia.resolut.cap.11. num. 5. ver.quod si hæc venditio. ea scilicet ratione, quiá

quiá contractus ipse venditionis, & non solutio pretij, vel rei venditæ traditio locum facit retractui.

24 Num. 24. in fine. ibi. vt dicemus infra cap. 16. per totum. adde: itaq; in summam aio, quod venditione in diem certum cōtracta, vt quia in eum diē tota venditio differatur, vel fides habeatur de pretio, duplex oritur obligatio: altera quidē ex dispositione legis gabellariæ, quæ pura est, & statim quæritur fisco ad gabellā propter venditionē cōtractam sine metu exceptionis: altera veró ex ipso contractu, quæ contrahentibus adquiritur ad consecutionem rei vel pretij, & est in diē, prout in gabella ex legato certę rei vel summæ fisco soluenda, optimé distinguit & explicat Angelus Perusinus in. l. cum Titio. nu. 5. D. ad leg. Falcidiam.

25 Num. 25. in fine. ibi. num. 119. adde: nisi quidem secundis gabellarijs fraus fiat in tempore, iuxtá ea, quæ dicemus infrà capit. 21.

26 Num. 26. ibi. recté poterit ante diem gabella exigi. adde: vt tradit Baldus in. l. 1. in princ. per text. ibi. C. de condit. ex lege. resoluit Roder. Xuarez in. l. post rem iudicatam. in. 7. limitatione ad finē. D. de re iudica. & refert Auilesius in cap. 2. &c.

In eo. numer. ibi. gabellarijs dimisso. adde: tertium, quiá licet verum est, quod venditione itá contracta, vt scriptura fiat, gabella eius non debetur, donec scriptura confecta sit, prout laté resoluimus suprá capit. 3. ex numero. 13. adhúc quidem si itá vendidero certo pretio fide de illo habita ad diem certum, iuxtá terminos quæstionis nostræ, de qua agimus isto capite, vt de ipsius pretij solutione scriptura conficiatur, prout persæpé fit, non ideó gabellæ solutio retardabitur, quod scriptura solutionis non sit confecta, ex ijs, quæ superiús diximus dicto capite. 3. numer. 13. & iám semel de facto habui, & itá respondi.

Quartum & vltimum, quod si venditio hodie contrahatur in hoc loco, & rei traditio pretijquè solutio in id tempus conferatur, quo immunes nundinæ futuræ sunt, sicq; earum tempore & rei traditio fiat, & pretium soluatur, non ideó minús gabella debebitur ex ea venditione; eo quod venditionis conuentio, non autem eius executio gabellam producit, vt constat ex prædictis, & resolutis suprà dicto cap. 3. cum Baldo, qui sic expressé resoluit in consi. 254. volu. 4.

Summa capitis septimi.

8 *POnderatur tex. in l. si ex toto. §. fina. de lega. 1.*

Agitur de anticipatis olei emptionibus quæ in ciuitate Caracensi fieri solent. ibidem.

Limitatur tex. in l. si ità fuero. §. fina. cum l. sequenti. D. de nouatio. quæ loquitur in mutuo, vt non procedat in venditione. ibidem.

38 *Accidere potest, vt quis magis solum vsumfructum nelizat, quam plenam proprietatem.*

43 *Periclitantur illationes Baldi in l. cum quidam. C. de verb. signif.*

Satisfit Parladorij oppugnationi, ibidem.

Latè exponitur tex. difficilis pro solutione gabellæ in l. si ità distrahatur. D. de contrah. empt. ibidem.

48 *Dictum Parladorij cum distinctione est accipiendum.*

50 *Si gabella debeatur ex omni contractu, de refutationibus soluenda erit, quæ per pactum fiunt.*

56 *Declaratur tex. in l. fina. tit. 27. part. 3.*

62 *Ad petitionem gabellæ competit condictio ex lege.*

1 *Decima ecclesiastica ipso iure nō resecat fructus: & est onus reale ibidem.*

Addit. in cap. VII.

1 NVm. 1. ibi. l. elegantèr, in principio. D. de pigno. actio. adde, l. apud Celsum, §. si quis autem. ver. auctoris. D. de doli exceptio.

5 Num. 5. ibi. vt resoluit Iason, ibi. num. 70. adde: tradunt doctores in l. compensationes. C. de compensat.

In eo. num. ibi. l. 1. D. de compensat. adde: notant omnes in d. l. compensationes. vbi Baldus num. 8. & Salycetus. nu. 13. C. eo. tit.

8 Num. 8. ibi. in. d. l. si quis. numer. 3. adde: & facit tex. optimus si benè ponderetur, in. l. si ex toto. 8. §. fina. de legatis. 1.

Attentiús autem animaduerte, quod supra diximus; ità procedere, si ex lucratiua causa quis stipuletur: túnc enim; cúm is, qui mel aut aliam mercem daturus est, nullam pecuniam receperit, nec aliud pro alio soluerit, vt explicui, impossibile est venditionem intercedere, & re-

& regiæ decimæ locum dari. Secús autem fore, quando quis data pecunia ità à principio stipularetur: decem in melle dabis ad rationem vnius florchi pro quolibet Cado, iuxtà expositionem Bartoli, de qua suprà. numer. 7. etenim eo casu, cúm veré is, qui mel daturus est, pretium recipiat, negari non potest venditionem contrahi, ac proinde decimæ obligationem nasci: quod genus negotiationis frequens est in hac ciuitate: fiunt enim multiplices olei anticipatæ venditiones: quiá multi ante collectionem oliuarum rusticis credunt pecunias eo pacto, & conuentione, vt illas sibi reddant in oleo, proximo die diui Ioannis, ad rationem pretij pro qualibet mensura, quo ex principio collectionis oliuarum vsq; ad eum diem solutioni destinatum valere constiterit accepto testimonio per creditorem quo sanè modo contrahendi indubitabile est, veram olei emptionem & venditionem fieri, licet Chyrographum conficiatur, iuxtá terminos dictæ. l. si quis ità stipulatus fuerit. Cum Barto. ibi. numer. 3. D. de solutio. iunctis ijs, quæ diximus suprà. numer. 7. quià licet cúm pecunia mutuo datur, si in continenti sequatur stipulatio, non ex mutuo, sed ex sola stipulatione nascatur obligatio, vt docet tex. in. l. si ità fuerò. §. si quum lege sequenti. D. de nouatio. Secùs est in rei venditiã: quià licet statim de ea re stipulatio concipiatur, adhúc venditio manet, & tàm ex empto & vendito, quam ex stipulatione agi potest, vt docet Bartolus in. l. singularia. numero 8. D. si cert. peta. quod vel maximè in hac materia procedet, ne aliàs fraudi locus fiat. l. 11. tit. 17. lib. 9 recop.

35 Num. 35. ibi. ex vi & natura correlatiuorum, adde: iuxtà resoluta per Euerardum in locis argumentorum legalibus: loco à correlatiuis.

In eosnum. ibi. quicquid doctores non intellexerint. adde: & se nimiúm inuoluat Petrus Peralta in eadem. l. si is cui. numer. 8.

38 Numer. 38. ibi. ex arbitrio poterit legatarius vsumfructum vendicare. adde: nec obstat illa legalis electio, de qua opponebatur per hæredem, quia quandoquè accidere potest, vt magis vsumfructum solum, quam plenam proprietatem quis eligat, vt in alia specie considerat Baldus in. l. fina. per tex. ibi. numer. 4. C. si secundo nupserit. & in multis casibus aduertit Petrus

Peralta in.dict.l.Lucio. numero.11.

39 Num.39.ibi.vel solum vsum fructum vendicare. adde: quià duobus legatis relictis, vnum quidem repudiare, alterum veró amplecti rectè possumus. l. sed duobus. de lega. 2. quod non posset facere, si solus fundus fuisset legatus ex dicta.l.4. D. eo. titul. &c. l. legatarius. in principio. de legatis.1.vnde pláné,&c.

43 Num.43.in fine.ibi.l. si quis itá.D.de auro & arg.lega. adde: ex qua vera resolutione intelliges valde periclitari omnes illationes Baldi in. l. cúm quidam. ex numer. 5. C. de verb. signi. Et hæc sufficiant pro expositione tertij intellectus ad dictam.l. si quis itá stipulatus. D. de solutio.

Sed quamuis hæc longiori fortasse tractatu resoluerimus, quàm ad nostrum. institutum oporteret, tantisper quæso (lector optime) adhúc immorabere, donec audiamus Ioan. Parladorium lib. 1. rerum quotidia. cap.3.§.5.numer.22.in secunda sua editione.dicentem, frustrà tractari, quod hoc in loco multo sermone egimus, cũ illud aut illud stipulãdo promittitur, an vectigal debeatur, iuxtá speciẽ tex. in. l. si quis itá stipulatus. D.de solutio.etenim stipulatio nihil commune habet cum venditione & permutatione: atqui stipulationis definitionem nobis interpretatur, benè quidem & ingeniosé, forsan enim stipulationis naturam ignorabamus, nec didicisse nocebit. Sed putaram nos huic obiectioni fecisse satis ex ijs, quæ aduertimus suprà isto capite, numer. 9. vbi pro introductione istius quæstionis nostræ, vim & corpum eius apertiús explicuimus, quàm vt repetere hic oporteat. Etenim non illud quærimus, an ex stipulatione alterna tiua vel generica regalis decima debeatur, vel ex quacumquè alia stipulatione, scimus enim ex sola venditione & permutatione eam deberi, vt millies diximus in hoc toto tractatu: sed illud dubitatur, an in huiusmodi stipulationibus cum alterum soluitur, aliud pro alio solui videatur, vt habeant locum notata per doctores in.dict. l. si prædium.C.de euictió.nec inutilis resolutio est, quã hic scripsimus. Aliter enim sine ea diffi cile foret intelligere, qualiter istud procederet, vt ex supradictis videre est. Præsertim quià dabiles sunt casus, in quibus regia decima debeatur in specie tex. in. d.l. si quis itá.iuxtà doctorũ intellectũ, de quo suprà. numer. 6. & quæ nos aduertimus

mus post numer. 8. id ergó egimus in ista quæstione, quod & in illa actum videmus, quando quis pecuniam promitteret, & triticum solueret, & quæritur de gabella: quià eo casu non id quæritur, an ex stipulatione pecuniæ soluenda sit, sed an ex tritici solutione, èo quod vnum pro alio soluatur, & tacitam vēditionem videatur includere, regiæ decimæ locus fiat, iuxtà notata in d. l. si prædium. C. de euictio.

Cæterúm vt maiorem istius resolutionis fructum habeamus, circa materiam tex. in d. l. si quis ita. Quia occasio addit sapientiam. Prouerbiorum. capit. 9. aduertere oportet, quæ superius de generica & alternatiua stipulatione diximus, de generica quoque & alternatiua venditione dicenda esse, iuxtà speciem tex. elegantissimi & aliás difficilis in. l. si itá distrahatur. D. de contrah. empr. vbi illa aut illa res vendita est, & vtram eligit venditor, hæc empta est similis tex. in. l. si in emptione. §. si emptio. D. eo. tit. vt scilicet intelligamus, quando, & cui loco, aut cui gabellatio regia decima ex ea venditione debeatur: id quod ex præhabita resolutione facile erit intelligere, sit ergó itá, quod tibi vendidi hanc domum vel illum fundum: & quidem si quæratur de gabella regia, itá distinguo; aut enim vno & eodem pretio illud vel illud vendo, & túnc vna & pura vēditio est, sicut vnum & purum legatum est, cum illud aut illud legatur: & vna & pura stipulatio est, cúm illud aut illud promittitur, vt satis superque patet ex suprá resolutis. Isto capite ex numer. 20. & numer. 36. apparet enim venditum esse vnum incertum ex illis duobus vel pluribus certis & determinatis, certificandum quidem per traditionem aut electionem futuram, iuxtà tex. in. dict. l. cúm incertus. de lega. 1. itá vt, quod postea traditum & electum sit á venditore, id solum venditum esse intelligatur, prout expreslé tradit tex. in. dict. l. si itá distrahatur. Quæ ex hac tota nostra resolutione facillimè intelligitur. Ac proinde consequitur necessaria ratione, vt statim ex ea venditione, quæ pūra est, regiæ decimæ obligatio oriatur, iuxtà resoluta suprá capite. 3. per totum. Verúm ramen si quæramus eo casu, cui gabellario, & cui loco decima illa soluenda sit, iterúm distinguo: aut enim duæ illæ res, quas vno pretio vendidero, similes eiusdemq; naturæ sunt quóad gabellam attinet, in vno eo-

demq; territorio consistentes, veluti si hanc domum vel illum fundum, quæ in hac ciuitate habeo, mille aureis tibi vendidero: & isto casu dubium non est, statim decimam mille aureorum soluendam esse gabellario rerum immobilium istius ciuitatis: nec expectanda est venditoris electio, aut alterius rei venditæ traditio, quià statim & quidem purè venditio contracta est, & vnum incertum ex illis duobus certis statim & purè venditum intelligitur: vtrumq; autem sub conditione si soluatur vel eligatur, secundúm quæ suprà latè resoluimus in stipulatione & legato simili, quorum vna & eadem ratió est. Eritque idem, si genus vendatur, veluti vendidi tibi centum fanecas tritici, non declarans hoc vel illud triticum in specie, sed in genere vt dixi: isto enim casu statim gabella debebitur, quià pura venditio est sicut si hominem in genere vendidissem, nec expectabitur alicuius speciei, vel indiuidui traditio, quià vnum incertum de eo genere puré debetur, & vnumquodq; indiuiduum sub conditione si tradatur ex resolutis suprà isto capite num. 11. nec conditio illa suspendet decimæ obligationem, iuxtá ea, quæ latè resoluimus suprá cap. 5. per totum. Quià non contractui venditionis adijcitur, qui purus est, sed rebus ipsis nominatis ad hoc, vt quæ electa fuerit, ea sola vendita esse intelligatur, vt expressè ait tex. in. d. l. si ità distrahatur. D. de contrah. emptio.

Aut verò nō similes res in vēditione alternatiua deducuntur, sed dissimiles, vt quiá altera earum immunis à gabella sit, vel in diuersis territorijs existant, veluti hoc modo: vendo tibi hanc domum vel illum equum cum fræno & sella centum aureis: vel itá, vendo tibi domum hanc in hac ciuitate existentem, aut illum fundum, quem in villa habeo, centum aureis. Et in primo exemplo non statim nascetur decimæ obligatio, quià incertum est an ex ea venditione debenda soluendaque sit: etenim electo equo, nihil debebitur eo nomine ex priuilegio, de quo infrá capite. 20. numero. 15. in secundo autem, quamuis statim oriatur decimæ obligatio, quiá certum est vel ex hac vel ex illa venditione debitum iri, tamen quiá incertum est, quæ res vendita esse intelligatur, id quod per sequentem traditionem aut electionem apparere debet, ac proinde incertus quoque sit gabellarius,

qui

qui decimam illius venditionis habiturus sit necessarió decimę solutio erit in pendenti, vt si domus tradatur vel eligatur, gabellario istius ciuitatis soluatur decima: àt si aliusfundus, villę collectori debeatur. Idemq; erit vendito genere in rebus mobilibus, vt traditionem futuram expectemus, si alibi posit traditio fieri ex lege contractus, quam in loco consensus & conuentionis, obseruatis regulis de quibus suprà capite. 4. iuxtà. l. 5. tit. 17. lib. 9. recopilat. quæ omnia, semel intellectis iuris Principijs superiùs traditis isto capite, facillima sunt, vt nos ampliùs immorari non sit necesse, quin aduertisse sufficiet, planè enim ex præhabita resolutione colliguntur.

Rursús autem principalem distinctionem prosequendo, si prædicta alternatiua venditio non, vno pretio, vt hucusq; diximus, sed variis pretijs contrahatur, aliud & diuersum ius erit quóad nostrā decimam: veluti isto casu, vendidi hanc domum mille aureis, aut illam fundum quingentis: etenim non vna, sed duplex venditio erit, vt pote duplex pretium sit, argu. tex. in. l. quod autem. §. fina. cum legibus sequentibus. D. de contrah. emptio. & cúm neutra earum pura sit, sed vtraq; sub ea conditione contracta, si electa fuerit, obseruari debebunt ea omnia, quæ de conditionali vēditione superiús diximus capite. 5. per totum. nám sicút si itá contraherem, vendo tibi hanc domum, quam in hoc loco habeo, pro millę aureis, aut locatam habeas aliam domum, quam in illo loco habeo, in quinquennium pro decem aureis in singulos annos: dubitari non potest, quin isti duo contractus conditionales sint, vterq; scilicet sub ea conditione si electus fuerit: & quod neuter eorum purus est, quià nulla maior ratio est, cúr magis venditio, quam locatio, aut é contrario cúr locatio magis, quam venditio pura sit: vtramq; autem puram esse alternatio impedit. Itá quoq; & eodem modo in duobus venditionibus alternatiuè conceptis imposibile ėst, vt altera earum pura sit, sed vtraque conditionalis: ac proinde sit necessarió, vt nulla decima interim debeatur. Quamuis in hoc vltimo casu, si omnem lapidem voluimus, illud dubitari posset, an saltem iuxtá summā minoris pretij designati statim debeatur gabella, cúm certum sit vel saltem quoad eam summam debitum iri, & videatur habere locum quod de contrariis conditionibus dictum est

in.l.necessarió. §. si itá venierit. D.de peri.& commo. rei vendi tæ.sed hoc parúm refert; quiá 48
licet sic videri posset quóad gabellam,quæ ex pretio soluenda est, neutiquam habere potest locum circá ipsas venditiones sic alternatiuè variis pretiis con tractas: etenim quamuis certũ est, vel alteram ex eis venditionibus valituram esse, in nulla earum quidquam certitudinis est, ac proinde nulla est venditio pura, & consequenter nullus regiæ decimæ locus datus.
Istud veró vltra quod nullam 50
iuris dubitationem habet, vel maximè indubium erit, quando duæ illæ res diuersis pretiis alternatiuè distractæ in diuersis quóq; territorijs existerent,vel ad diuersa gabellarum membra pertinerent, aut altera earũ esset immunis,quiá túnc necessaria ratione gabellæ solutio in pendenti erit, donec altera venditio eligatur, & certus esse incipiat gabellæ dominus, cui sol uenda sit. Et ista quidem difficiliora sunt,quam vt hac breui resolutione possent intelligi, nisi genericæ & alternatiuæ stipulationis materiam cognouissemus,iuxtá ea quæ longo sed necessario sermone suprá tractauimus isto capite,ex quibus valde exornata manet materia 52
tex.in.d.l. si itá distrahatur. D. de contrah. emptio. & de his satis.

Num.48.in fine.ibi.& consulendo.adde: quicquid contrarium tenuerit Ioann. Parladorius vbi suprá tàm in prima, quam in secunda editione.dicto.§.2.numer.41.& immeritó nos in suas partes allegauerit:ipse enim indistinctè negat ex datione in solutum gabellam deberi:at nos cúm distinctione dicendum esse existimamus, vt ex infrá resoluendis apparebit.

Num.50.ibi. soluendo quis contrahit.adde: immó & contingit etiàm in remissione debiti, ex qua nedúm distractus & debiti solutio resultat, sed etiàm contractus donationis. Vnde dixit Baldus in.l.1.§.contrarium.in fin.D.de cõtra.tutelę.quod si secundúm formam statuti, de omnibus contractibus gabella soluatur, de refutationibus erit soluenda,quæ per pactum fiunt:secús si per solutionem,nempè quando creditor debitum recepit,quiá túnç solus est distractus.d. §. is quoque. Instit. quibus modis recontrahitur oblig.id quod & in alijs exemplis euenire docet I. C.in.l. in numerationibus. D. de solutio.

Numer. 52. ibi. auth. hoc nisi debitor.C.de solutio. adde: &.l.

&. l. si domus. §. qui confitetur. de lega. 1. cum. l. 38. titul. 9. part. 6.

In eo. nu. ibi. §. mutui datio. nu. 2. D. si cert. pet. adde: &. l. 3. tit. 14. part. 5.

53 Numer. 53. in fine. ibi. de qua infrà capite. 11. in fine. adde: atqui hanc eandem distinctionem inter voluntariam & necessariam dationem in solutum quóad retractum sanguinis fecisse inuenio Ioann. Corasium lib. 3. Miscella. iuris. cap. 3. ex num. 2.

54 Num. 54. ibi. vendidisse censetur. adde: vt ait Baldus in. l. ordo. num. 5. C. de executione rei iudi.

55 Numer. 55. ibi. tenet Auenda. respon. 13. num. 4: adde: & sequitur Doctor Xuarez de pace. in sua practica. 1. tomo. parte. 4. cap. 17. numer. 13. de cuius opinione latè agemus infrà cap. 14. numer. 61.

56 Numer. 56. ibi. siue necessaria venditio resultare ex ea solutione. adde: quamuis quidem ad similitudinem emptionis fiat, vt ait tex. sic intelligendus in. l. fina. ibi. *como en manera de compra*. titul. 27. part. 3. & est tex. elegans in. l. si. pignori, &c.

In eo. nu. in fine. ibi. & iure hastæ fisca. lib. 10. adde: & expressè ad aliud propositum hác differentiam considerat Greg. Lupus in. l. 55. ver. vendet. tit. 5. part. 5.

57 Numer. 57. ibi. locum non habere retractum consanguinei. adde: de quo vide latè Ioa. Gutierrium lib. 2. pract. quæstio. ibi.

61 Num. 61. in fine. ibi. C. qui potiores in pig. habea. adde: & tex. in. l. si ventri. §. in bonis. D. de priuil. cred.

62 Num. 62. ibi. ad pretium integrum, non fiscus. adde: etiam pro parte suam gabellam contingente.

In eo. numer. ibi. per tex. in dict. l. 1. titul. 17. lib. 9. recopil. adde: iuncta. l. obligamur. §. lege. D. de actio. & obligatio. & quæ tradunt Baldus in rub. C. de condict. ex lege. & Bartolus. in. l. 1. D. eo. titul. & expressè notat Baldus in. l. ex placito. numer. 17. C. de rerum permut. dicens, quod si dictat consuetudo (& sic à fortiori si dictat lex) quod ex quolibet contractu soluatur gabella, petetur quidem per condictionem ex lege. Immó nec decima ecclesiastica ipso iure resecat fructus, vt tradit Petrus Rebuffus in tract. de deçim. quæstio. 9. nu. 7. quamuis veré omnibus debitis præferatur. l. 13. titul. 20. part. 1. & sit onus reale, quod sequitur rem quócumq;

vadat.l.fina.d.tit.& partita. Ac proinde, &c.

64 Num. 64. in fine. ibi. lib. 3. sellecta. cap. 8. adde: tex. optimus in.l.huius enim 6.ibi.nám & ipsum naulum pontentius est. D. qui potiores in pigno. habea.

Summa capitis octaui.

11 *Xplicatur, cur fideiussio iure ciuili nō nisi per stipulationem fieri posset.*

Addi.in cap. VIII.

11 Vmer.11.ibi.contra iuris regulam. adde: de qua in. l. hi qui.D.de fideiusso. &.l.7.tit.12.part.5.

12 Num.12.ibi.videlicet vt stipulatio.adde: hodie non requiratur, quæ olim, &c.

In eo.numer.ibi. §. satis acceptio. D. de verb. oblig. adde: non quidem ea ratione, quiá fideiussio iuris ciuilis sit, sicut stipulatio, vt putat Baldus in. l. 1. numero. 5. D. si cert. peta. nàm nec stipulatio iuris ciuilis est, vt veré resoluimus suprà capite. 1. numero. 9. sed quia, si fideiussio per nudum pactum fieret, nulla ex ea nasceretur ciuilis obligatio propter nuditatem pacti, quod iure ciuili actionem non producit. l. iuris gentium. cum notatis. D. de pactis, atq; ideó, vt efficax fideiussoris promissio esset, per stipulationem contrahebatur: hodie veró, vt dixi, vel nudo pacto fieri potest, prout notant prædicti Doctores Hispani. Cæterúm quóad reliqua, &c.

17 Num.17.ibi pecuniam nomine debitoris principalis. adde: consentientis quidem, regia decima, &c.

Summa capitis noni.

34 *On propriè res mea dicitur, quæ mihi cum alio communis est.*

Statutum loquens de soluenda gabella in territorio suo, non habet locum in territorio communi ibidem.

Latè disputatur oppugnatio Parladorij circà solutionem decimæ soluendæ vel non, ex cessione actionum, quam carta de lasto dicimus: & ex alijs mandatis in rem propriam

priam accepta pecunia. ibidem.

Exponitur tex.in.l cùm is.D.de fideiusso.ibidem.

41 *Cùr iura prædialia non omninò incorporalia esse dixerit Baldus explicatur.*

42 *Nulla temporis venditio aut permutatio est.*

43 *Renunciatio quando sit contractus, vel non, latè exponitur.*

Addit. in cap. IX.

8 NVm. 8. ibi. cap. 14. num. 5. adde: & notat Baptista Villalobos in antinomia. in præfatione. in fine.

11 Num 11. ibi. ipso iure diuisa est obligatio. adde: in omnem euentum, siue scilicet soluendo sint, siue non.

12 Num 12. ibi. hoc decisum nõ esse. adde: quasi non loquatur in fideiussoribus, vt ille timet, & statim explicabo: nulla dubitatio, &c.

30 Num. 30. ibi. ex rubrica, sub qua situs est. adde: iuxtà doctrinam Bartoli in. l. ius emphiteuti ci. nu. 2. C. de fundis patrimo. & Salicen. lib. 11. &c.

34 Numer. 34. ibi. §. argento. D. de auro & arg. leg. adde: quin immò licet partim proprio esset res vendita, idem dicendum est circà illud statutum, quia non propriè res sua dicitur, quę communis est, vt notat Baldus in. l. 1. C. qui testa. facere poss. & vide eundem Baldum in prima constitutione. D. veteris. num. 8. ad finem. ac proinde dixit additio ad Baldum in. d. l. 1. Codicis. litera. D. quod statutum loquens de soluenda gabella in territorio suo, non habet locum in territorio commúni. At ille, &c.

In eo. num. in fine. ibi. l. si de ea. D. de legibus. adde: Cæterúm aduertendum est, quod de actionum cessione diximus gabellam non deberi iuxtá speciẽ & materiam tex. in. d. l. Modestinus. nedúm procedere quando pecunia debetur, in qua militat ratio superiús assignata: sed etiàm quando quælibet alia res, putà triticum, oleum, aut aliud genus ijs actionibus debeatur, quiá sic vsus & praxis indistinctè recepit: propter quod à nostra illa ratione, quæ non sic generalis est, Paladerius recedit lib. 1. rerum quotid. capit. 3. §. 2. num. 28. in secunda editione. dicens, ideó illud fieri, quià eo casu non est propriè venditio. l. cúm is. D. de fideiusso. & quia finis habet necessariam consequentiam ad principiũ, vt locũ habeat doctrina tex. in. l. 3. D. de mi-

de minoribus. Et cessio illa prioris contractus executio est, vt obseruari debeat doctrina Baldi in. l. cum per eos. C. si quis alteri vel sibi. Sed certè prima ratio Parladorij non explicat cui cessio illa non sit propriè venditio, cúm Iurisconsulti omnes eam hoc nomine appellauerint, vt satis superque patet ex supra resolutis. Nec secunda ratio quidquam prodest, quiá doctrina tex. in. dict. l.3. aliter accipienda est, quám ille auctor existimat, vt dicemus infra capite.17.numer.46. Tertia veró ratio iure deficit in hac materia: quiá quomodocumque verum sit dicere, venditionem esse contractam siuè quidem principaliter, siuè accessorié, aut in alterius contractus executionem, regiæ decimæ locus datur, vt laté dicemus infra capite.16.numer.27. & capite.20.numer.39. nám si promisi vendere, & posteà vendidi, dubium non est, gabellam deberi ex vẽditione secuta, quamuis in executionem præcedentis pacti contracta sit: & quamuis hic finis necessariam consequentiam habeat ad principiũ, ex quo nempè ex pacto de vendendo certum est vectigal non deberi, vt laté dicemus infrá capit.17.nu.41.

Igitur, vt ingenuè fatear quod sentio, & generalem illius praxis rationem habeamus, displicere non debet illa prima Parladorij ratio, quæ habet istiusmodi actionum cessionem, de qua agimus, non proprié emptionem & venditionem esse, prout innuere videtur tex. ab eodem auctore allegatus in. dict. l. cúm is. ibi. quodammodo. D. de fideiusso. & ideó ex illa regium vectigal nõ deberi, iunctis ijs, quæ dicemus infrà capite.13. numer. 10. Cur autem sic se res habeat, hæc mea sententia est: quiá quando duo vel plures fideiussores obligantur in solidum, & vnus soluit cessis sibi actionibus aduersús alios & reum principalem, non tàm verè eas actiones seú quod ex eis debetur, emere intendit, quam quod pro alijs soluit, recuperare desiderat, & qua possit via repetere, se indemni conseruato, vt ità effectu rei gestæ considerato, qui potiús omnibus in rebus inspiciendus est. l. 1. §. hæc autem verba. D. quod quisque iuris. nihil ab eo alienius sit quam emere: quin potiús debitum à se solutum pro qua parte iure liceat, ab alijs simul obligatis repetere. Et è contrarió, quando creditor ab vno ex debitoribus solidum exigit, & actiones sibi in alios competentes soluenti debi- 8

ti debitori cedit, non tàm eas vendere, quam debitum suum consequi & habere nititur, & hoc in effectu fit, vt hæc omnia ad sensum patent. Ac proinde, quamuis vt id recte fieri & expediri possit, iure itá fudentq; sum sit, vt res vel pecunia data creditori, non tám in solutum obligationis, quàm in pretium & commutationem cedendarum actionum dari videatur, quià aliás nullæ actiones superessent, vt suprá látè explicuimus: iusté quidem & non sine ratione practicatum & obseruatum est, vt ex tali venditione, quæ legalis potiùs, quám conuentionalis dici debet, præter contrahentium intentionem & rerum effectum contingens, nulla decima fisco debeatur. Et hęc sit improprietas, quam innuere voluit I.C. in d. l. cum ijs. ibi: sed quodam modo nomen debitoris vendidit, idest, non tàm suo proposito, quam iuris intellectu. D. de fideiusso.

Ergó, vt ad primam illam rationem redeamus, quam de sumpsimus ex dicta. l. si ad resoluendam. C. de prædijs mino. iuncta. l. 34. ibi: inde *la moneda.* titul. 18. lib. 9. recop. vt pote quæ in se ipsa verissima est, non nulla declaranda & resoluenda sunt in hac materia: & primó quidem infertur, cum distinctione esse intelligẽdum, quod aliàs in vniuersúm dixit Ioann. Parladorius dicto cap. 3. §. 2. numer. 27. in prima editione. nempè, quod si quis data pecunia procurator in rem suam constituatur, vt cessis sibi actionibus aduersús cedentis debitores experiatur, itá demúm ex pretio dato siue recepto decima soluenda sit, si eæ actiones ad rem aliam competant, quam ad pecuniam, vt in specie. l. per diuersas. &. l. ab Anastasio. C. mandati. Etenim eo secundo casu, scilicet cúm cessæ actiones ad peconiam competant, quamuis vera venditio contrahatur, vt probant ea iura &. l. si nomen. l. emptor nominis. l. nomina. &. l. multum interest. & alia mille iura. D. de hæred. vel actio. vend. regia decima non debebitur ex priuilegio dictæ. l. 34. recopil. iuncta
14. dict. l. si ad resoluendam. quicquid contradicat Parladorius vbi suprà nu. 23. in secunda editione. cuius sententiæ & quotidiana praxis & prædicta iurisratio resistunt, id quod ex suis allegationibus non reuincitur, secús autem erit in primo casu, scilicet quando actiones cessæ rem aliam continent, quam pecuniam: túnc enim tanquam de ipsarum rerum venditione

gabella

gabella debebitur: si modó vt dixi, in hoc pretium detur vt actiones cedantur, iuxtá speciē tex. in. d. l. per diuersas. quo casu, vt dixi, venditio est. Quod si species detur, aut aliud genus, vera permutatio erit, iuxtá doctrinam tex. in. l. naturalis. per totam. D. de præscrip. verbis. vt inde gabella duplex solui debeat, iuxtá tex. in. d. 2. titul. 17. libr. 9. recopil. Cæterúm si eam pecuniam vel aliud genus non itá dedero, vt prædictæ actiones cedantur, sed ex alia causa, putá ex causa mutui: tu veró vt magis de solutione eius mutum mihi esset actiones cesseris vt à tuis debitoribus tantumdem conse- 39
quar: nulla gabella debetur: quiá id totum negotium & mutuum & eiusdem solutio est, modó absit fraus. Idem, si pecuniam retró debuisses, veluti ex causa emptionis aut alia quacumque, & vt mihi soluas, 41
me procuratorem in rem propriam constitueris, vt tantundem consequar à tuis debitoribus: quiá nec túnc gabella debebitur fisco, eo quod inibi nulla venditio est, sed sola solutio atq; distractus. At si eo casu itá actiones cesseris, vt non tantundem, scilicet pecuniam pro pecunia, aut genus pro simili genere debito, sed aliud diuersum exigam á tuis debitoribus, alio pro alio soluto, habebunt locum notata suprà capit. 7. per totum. vbi de datione in solutum abundé egimus: quæ omnibi quotidié in praxi conducibilia sunt, & de his plusquam semel vidi dubitari [illegible]

Nec prædictæ, resolutioni, dúm diximus cessa actione ad pecuniam pretio recepto, gabellam non deberi pecuniæ priuilegio, obstát praxis, quæ habet, &c. Die vt in. num. 36. quià ea, quæ sub num. 35. includuntur, delenda sunt, eo quod latiús in præhabita additione declarantur.

Num. 39. in fine. ibi. C. de prædijs mino. adde quicquid dissentiat Ioann. Palladorius dicto lib. 1. rerum quoti. cap. 3. §. 2. num. 26. in secunda editione. nostris fundamentis non satisfaciens.

Numer. 41. ibi nullamque rem corporalem. adde: in emptorem transferunt, quæ vendi videatur, quamuis prædijs ipsis inhæreant, propter quod dicebat Baldus in auth. ei qui. iurat. numero. 36. C. de bonis authori. iudi. possid. iura prædialia non omninó incorporalia esse. Sed vt diximus, nullam rem corporalem vendimus, cúm seruitutes illæ venduntur,

duntur, prout aliás in venditione, &c.

42 Num.42.ibi: vt aduertimus suprá cap.1.num.41.adde: temporis enim nec permutatio nec venditio esse potest, cúm sit commune omnium animantium, vt dicebat Innocent. in cap. in ciuitate. de vsuris. & refert Baldus in.l.in principio.C. eo.tit.

43 Num.43.ibi. ad curiam Pisanam lib.4.cap.fina.adde: & est videndus Did.Peretius in.l.22. gloss.1.pag.411.col.1.in fine. tit. 2.lib.7.ordina.

In eo. numero. in fine. ibi. numer. 18. adde: & notat eleganter Baldus in.l.1. in fine. C. de rerum permut. cui. resolutioni subscribit me non citato Io.Parladorius libr.1. rerum quotid.cap.3.§.2.numer.50.in secunda editione. Ea noua ratione, quià renunciatio non est propriè contractus, neque comprehenditur in statuto iubente vectigal de contractibus solui, ex Baldo in.l. tres fratres. D. de pactis. & Iasone in.l. siue apud acta. numer. 3. C. de transactio. & posset allegari Baldus in.l. si donationis. C. quod metus causa. Sed certè ista ratio & allegatio iniusta est, quoniàm Doctores illi loquuntur in simplici renunciatione, quá refutationem appellant, nullo scilicet pretio dato vel recepto, neque in alicuius fauorem expressé concepta: hanc enim dicunt contractum non esse, quiá ex ea nihil alteri adquiritur immediaté & directó, neque duorum consensus concurrit, sed solius renunciantis: aliàs enim; scilicet si in alicuius consentientis fauorem conciperetur, contractus esset saltem donationis, si gratuitó facta foret, prout alibi fatetur idem Baldus in.l.1.§.per contrarium. in fine. D. de contra. tutelæ, &c. Et memini suprá capit. 7. numero. 50. in additione. quemadmodúm si rem meam pro derelicto habuero, nemo dicet contractum esse, sed factum quoddam propter quod qui rem eam sibi habere velit, facile consequitur, cúm fiat occupantis.§. hoc ampliús.versiculo.qua ratione. Instit. de rerum diuisione. Sic ergo, quando ego refuto siue renuncio rem, quæ mihi & tibi communis est, nihil in te tráffero, sicút transferrem quidem si rem illam tibi traderem aut cederem pro qua parte mea est: sed me renunciante, & quasi pro derelicto habente, eam tibi in solidum consequeris ipsam occupando: & hoc est, quod ait Baldus in.d.l. tres fratres. diuisionem fieri posse

per refutationem sine traditione, & itá factam contractum non esse, nec gabellæ de contractibus soluendæ locum dari, de cuius dicti veritate propter fraudem agemus infrà capit. 21. numer. 32. Cæterúm si illa renunciatio siue refutatio fiat accepto pretio, quæ est species nostra, de qua agit Parladorius vbi suprà, siuè quidem directó, siuè causatiué aliquid ex ea tertio adquiratur, minimè dubitare licet, quin verus & perfectus contractus sit, nempé venditio si rem cessam directó adquirat pro eo pretio: vel si causatiuè vt in nostra quæstione, innominatus contractus do vt facias, vel facio vt des: exempli gratia, certum est quod si ego aliquid simpliciter facio, cuius tuæ vel alterius interest, non erit contractus, & tamen si pecuniam dederis vt illud efficiam, vel ego fecero vt mihi pecuniam des, planè contractus erit, iuxta. dict. l. naturalis. §. quod si facio. D. de præscriptis verbis. & hoc est, quod suprá resolui in ratione prædictæ resolutionis, quæ vera est.

(.:.)

Summa capitis decimi.

1 *NOuella Iustiniani de vsuris coll. 10. de his nostris censibus intelligenda est,*

2 *Notatur Caro. Molinaus.*

3 *Fundiarius census quis sit.*

4 *Iurisdictio licet non ex iure, ex cõsuetudine tamẽ vendi potest.*

Censualis contractus per pecuniã constitutus; vera quædam venditio est. ibidem.

5 *Improbatur expositio Parladorij ad l. 10. tit. 17. lib. 9. recop.*

13 *Si fundus obligatus alicui censui, in ipsius census redemptionem detur, aliqua pecunia data ab eo, qui fundum recipit, ex hoc excessu gabella debetur.*

14 *Qui plures fundos in diuersis territorijs existentes vẽdit vno pretio, qualiter pro gabella conueniatur, latè disputatur.*

Vbi quis iuxtà leges regias solue re tenetur, qualiter ibidem.

Conueniri possit, licet alibi domicilium habeat. ibidem.

Exponitur tex. in l. 2. tit. 7. lib. 9. recop. ibidem.

Si plures certam pecuniæ quantitatem accipiant in censum super multis cuiusq; bonis, qualiter gabella exigenda sit, ibidem.

19 *Impro-*

19 *Improbatur Parladorij sententia.*
35 *Conductor fundi tenetur pensione grani ex eis fructibus dare, qui in eo fundo nati erũt.*
36 *L. hæreditatum. D. ad leg. fal. cid. locũ habet in gabellarum solutione.*
45 *Censum & emphiteusis diuersi contractus sunt.*

Additio. in.c. X.



Vm.1. ibi. inter cõmunes. adde: & in cõstitutione. 160. quæ inscribitur, exẽplum sacræ pragmaticæ formæ de vsuris. Inter nouellas Iustiniani. collat. 10. quam de his nostris annuis redditibus, quos cẽsus appellamus, intelligendã esse recte docet Carol. Molin. in tract. de vsuris. q. 75. ver. quãtum ad secundum. nu. 586. cum sequenti.

2 Nu. 2. ibi l. sufficit. D. de cõdi. indeb. adde: quicquid aliud voluerit Caro. Molin. vbi supra, quæst. 37. nu. 272. ad fin. Cuius quidem argumentis facile possem, vt existimo, sed non valet satisfacere, alio enim tendit nostri operis institutio. Et vtriusque, nempe redimibilis & perpetui, constituendi forma, &c.

In eo. nu. ibi. de cuius iustitia & pretio. adde: vltra Bald. in. l. si ea pactione. C. de vsuris. & Car. Molin. vbi supra. quęst. 62. cum pluribus sequenti. Agit F. Do. Soto.

3 Nu. 3. ibi. domino præstet. adde: fundiarium appellat Car. Molin. vbi supra. quæstion. 26. nu. 212. & alijs in locis. eo quod fundus ad reditum conceditur: quo, &c.

4 Num. 4. ver. & primo. ibi. per pecuniam consignatos. adde: vt constat ex traditis per F. Do. Soto libr. 6. de iustitia & iure. quæst. 5. & latissime relatis per Tiraquel. de retract. ligna. §. 1. gloss. 6. nu. 15. præcipuè hodié iuxta, &c.

In eo. nu. ibi. sicut iurisdictio. adde: quæ licet non ex iure, saltem ex cõsuetudine vendi potest, vt docet Baldus in cap. ex eadem lege. nu. 2. de lege. Corradi. super feudis. vel sicut ius percipiendi, &c.

In eo. nu. in fine. ibi. de emptio. & venditio. adde: & in terminis vere venditionis dubitat Bal. de iustitia istius contractus propter suspicionem vsuræ in cap. vnico. nu. 7. si de feudo vasallus ab aliquo interpellatus fuerit in vsibus feudorũ. quicquid ipse Baldus in repet. l. ius iurandum. col. 39. ad finem. D. de iure iura. innominatũ cõtractum do vt des esse dixerit. Et Baptista Villalo. in tract. cõmu.

opinio litera. L. nu. 132. locationi attribuat: Verius enim ipse Baldus contractum istum emptionis & venditionis esse iure probat in consi. 133. ad finem. li. 3. & consilio. 292. lib. 5. Hinc ergo, &c.

5 Nu. 5. ibi. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. adde: siue quidem cẽsus ille perpetuus nunquã redimibilis, siue potiús redimibilis per pecuniam constituatur: eadem enim vtriusq; natura est quantum ad hoc, vt ex vtriusq; cẽsus constitutione venditio fieri intelligatur, ex notatis supra isto cap. nu. 1. & 4. & sane statim, eo ipso quod prædictus census cõstituitur, regia gabella debetur ex traditis supra. c. 3. per torũ. vbi resoluimus eo ipso, quod emptio & vẽditio purè cõrracta est, vt regiæ decimæ locũ dari, & in nostris terminis censualis cõstitutionis tenet expresse Caro. Molinæus de vsuris, &c.

In eo. nu. ibi. pro qua sententia. adde: nẽpe quod ex censũs cõstitutione vectigal debeatur, vltra tex. expressum in. c. 15. nouarũ pũtuactionũ: est mihi tex.

8 In eo nu. in. fin. ibi. d. c. 1. nu. 37. adde: nec placere potest expositio Parladorij, vbi supra. c. 3. §. 4. nu. 8. in secunda editione, qui prædictam. l. 10. Recop. voluit intelligere de venditione cũ pacto retrouendendi celebrata, eo quod sub vẽditionis colore prohibitæ pignerationes fieri solẽt, vt refert tex. in. l. 4. ver. *Y porque algunos*, tit. 6. libr. 8. Recop. Quia imo illa lex decima, & l. 101. in quat. gabel. expresse agunt, quando ẽ contrario sub pignerationis colore, ac nomine emptio & vẽditio occultatur ad gabellam vitãdam: quod timeri nequit quãdo sub expresso venditionis nomine pignus & mutuum occultantur, de quibus agit. d. l. 4. per Parladoriũ allegata: hos enim contractus detegi gabellarij nõ interest, cũ nõ ex mutuo, vel pignore occultis, vel expresis, sed ex manifesta & apparenti illa venditione ius decimæ sibi adquiratur. Quę sane vera vẽditio est, quãuis in fraudẽ vsurarum fiat, ac proinde adhuc gabella debebitur, ex notatis per Baldũ in. l. 1. nu. 3. C. de pigno. actione.

7 Nu. 7. in fin. ibi. siue temporalis venditio sit. adde: prout eleganter quoque explicat Carol. Molinæus de vsuris. quæst. 62. per totam. nu. 411. vbi bene resoluit hanc census vẽditionem non cõprehendi sub lege taxatiua legitimi pretij constituẽdi census qualis est apud nos est. l. 6. tit. 15. lib. 5. Reco. & alia pragmatica, cuius mẽtionẽ fecimus, supra isto capit. n. 2. Atq; ideo, cum verè eo casu emptio & vendi-

venditio contrahatur, indubitabile est, q regalis decima, &c.

12 Nu.12.ibi.&.40.in fi.vel adde: vel potius, & hoc magis mihi placet, cum fundus, &c.

13 Nu.13.in fi.ibi.atq; ita semel in facto respódi. adde: dum interim notes, quod si fundus iste: qui aliàs censui obligatus pro eiusdem cẽsus redemptione aut recognitione datus est, vt dixi talis sit; quod eius valor & æstimatio principalẽ census sortem excedat: atque ideo ita detur in redemptionẽ, vel recognitionẽ census, vt vlterius ab accipiente aliqua res vel pecunia fundi domino restituatur; dubium non erit, quin ex hoc excessu regalis decima solui debeat: quia pro ea parte non redemptio, siue cessio simplex, vt diximus; sed vera ac realis venditio, aut permutatio contrahitur, vt manifeste patet, & lectorem monuisse sufficiet.

14 Nu.14.ibi.in solidum eo censu affecta est. adde: præmaxime si ità à principio in constitutione ipsius census dictũ sit, quod constituitur super omnibus illis bonis, & super qualibet eorũ parte; prout est quotidiana praxis & tabellionum stylus: tamen, &c.

In eo.nu.ibi.non potest debet. adde: ex traditis infra cap. 13.nu.3.in fin.

In eo.nu.ibi.dict.c.3.§.fin.ad finem.adde: & est optimum argumentum in.l.2.§.iacturæ summam. D.ad legem Rhod.de iactu.cũ qua est.l.10.tit.19.lib.7. Recop.& fiet in hunc modum.

In eo.nu.ibi.respectiue distribuantur. adde: Idemq; erit ex eadem ratione, si quis vno pretio vendat plura bona immobilia, quæ in diuersis territorijs haberet, nẽpe vt pro portione & qualitate bonorũ gabellam soluat in vnoquoq; loco: quod aliquãdo erit difficile, nec enim facile ex diuersitate prædiorum portiones gabellę inuenientur, vt aliàs inquit tex.in.l.si alteri⁹. D.de hæred.instit.eo quod iste talis venditor in prædictis casibus multorum iudicũ subibit iudicia: quia in vnoquoq; loco, in quo bona cẽsuata, vel vẽdita sita erũt, pro rata gabellæ cõuenietur: & vnusquisq; iudex bona in sua iurisdictione existẽtia æstimabit, scilicet citatis aliorũ locorũ gabellatijs, quibus aliàs facta æstimatio præiudicare nõ poterit, arg.tex.in.l.1.§.cũ dicitur.D.si cui plusquã per leg.falcid. Etenim ratione gabellæ in loco soluẽdæ, iuxta decisionẽ.l.5.& l.9.tit.17.lib.9.Recop.forũ sortitur vẽditor, vt quo loci ex eis legib⁹ decimã soluere teneatur, ibidẽ quoq; cõueniẽdus sit, quasi ibi quoad gabellã cõtraxerit, argu.tex. in.l.contraxisse.D.de actio.& oblig.& aduertimus supra

pra.c.4.nu.13. Vt aliás dixit Bal. in.l.1.nu.33.C. de sent. quæ pro eo quod interest. Vbi inquit, quod si lex imponit gabellã siue collectam seminantibus in territorio & suo districtu, ex eo quod ibi seminant, quasi cõtrahere videndum, quoad collectã attinet: quia bene potest lex, aut statutum de nouo inducere, quasi contractus incognitos, argu. tex. in.l. omnẽ. D. de iudicijs. & facit dictum eiusdẽ Bal. in.l.1.nu.2.C. vbi de hæred. agi oportet, dicẽtis, quod si ego sim hæres alicuius, & tu possides multa bona hæreditaria in diuersis locis, in quolibet loco possum te cõuenire, quia particulari possessio vbicunq; tu possides, subijcit te oneri petitionis hæreditatis. Et prçterea scitum est, quod si quis habet bona immobilia in alio loco extra domicilium, ibi cõuenitur, exigitur, seu pigneratur pro seruitio Regio, vbi bona sunt: quia ibidem soluere tenetur, ex.l.5.tit.9.li.7. Recõ. cũ notatis per Bal. in.l. si fidei cõmissum. §. tractatũ. D. de iudicijs. notat Auend. de exequẽ. mãda.2.par.c.14.nu.15. vnde similiter dicendũ est, quod si censum vendis super multis bonis nunc, vel antea constitutũ, vel plura bona immobilia vendis vno pretio, cũ gabella sit diuidẽda ex prædictis, ita quod in locis bonorũ pro rata cuiusq; rei soluatur, vt explicuimus, necessario fiet, vt nõ in loco cõtractus, sed in locis bonorũ à singulis gabellarijs cõueniri possit & debeas, quia particularis solutio, quæ per te in quocunq; loco facieda est lege regia, te eorundẽ locorũ foro & iurisdictioni subijcit, quasi ibidem contraxeris ex d.l. cõtraxisse. & .l. quæro. D. de solutio. seru. scilicet decisione text. & cõmuni in.c. Romana. §. contrahẽtes, de suo cõpet. libr.6. nẽpe quæ eo in loco reperiatur venditor, aut aliqua bona possideat, iuxta ea quæ resoluit Coua. in practicis.c.10.n. 4. nec prædictis obstat tex. difficilis in l.2.tit.7.lib.9. Recopil. vbi dicitur, quod pro gabella vnusquisque cõueniatur in suo domicilio. Quia respõdeo, quod illa lex loquitur, quãdo vẽditor debet gabellam cõductori, seu collectori gabellarũ suæmet iurisdictionis: & dubitatur, an talis debitor possit trahi de suo loco, in quo domiciliũ habet, ad locum principalẽ eiusdem iurisdictionis: veluti si sit vicinus alicuius suburbij, vel vici, aldea vulgo dicimus, & conductor, siue collector gabellarum, cum conueniat in villa, seu ciuitate, cui ille vicus subiectus est: quod sane in quocunque alio debito præter gabellam nullam dubitationem habet, scilicet, quin conuenire possit & debeat,

beat, quia iudices illius vici nullam iurisdictionem, seu causarum cognitionem obtinent, nisi forte intra summam centum marauedinorũ, prout est consuetudo: & adhuc si velit creditor, etiam intra eam quãtitatem conuenire potest illum debitorem, corã iudice residẽte in capite iurisdictionis, vt est notissimum & quotidiana praxis ostendit. At in gabellarum debito aliter deciditur in d.l.2. Recop. quæ quoad gabellas attinet, pedaneis illis vicorum iudicibus plenam iurisdictionẽ tribuit in quacunq; quantitate. Et concordat l.11. ibi. *Y los lugares.* Quod verbum idem significat, quod verbũ istud, *Aldeas*, tit. 9. lib. 3. Reco. Cæterũ quando quis debet gabellam alicui loco extra iurisdictionem sui domicilij, vt quia in illo loco extraneo sita sit res vẽdita, iuxta l. 9. titul. 17. lib. 9. Reco. Vel quia aliàs extraneo illi loco gabella debeatur, iuxtà regulas traditas in. l. 5. eo. titul. & quæ supra late resoluimus cap. 4. per totum. Nihil decidit siue determinat prædicta l. 2. titul. 7. libro. 9. Recopila. & obseruanda est præhabita nostra resolutio. Quod valde nota, quia de hoc passu multum vidi dubitare famosum aduocatum.

Sed & vlterius, vt ad gabellæ distributionẽ redeamus, magnopere etiã dubitatũ vidi, quid erit si plures homines plura sua bona vendidissent vno pretio, vel certã pecuniæ quantitatẽ in censum accepissent, ac super multis suis bonis insolidum constituissent, quæ tamẽ bona in diuersis territorijs existerẽt, quod quotidie solet cõtingere: qualiter scilicet illius vẽditionis, seu cẽsus gabella in vnoquoq; loco soluẽda sit: nẽpe, an pro rata bonorũ, quæ vnusquisque obligauerit, secundũ quę supra diximus, an vero potiús pro rata pecuniæ, quam vnusquisq; ex principali cẽsus sorte recepisset, vt quia nõ æqualiter sed varijs portionibus inter se ipsos, prout cõuenerit, principalẽ illam sortẽ diuisissent. Et certẽ cum vnusquisq; bona sua eo vnico & cõmuni pretio vẽdidisset, seu cẽsui obligasset, proculdubio existimo vnũquenq; etiã pro rata suorũ bonorũ ad decimæ obligationẽ teneri ex præhabita resolutione: quia quãtitas pretij, bonorũ etiam quãtitati respondere debet, & pretio gabella: nec curandum erit de particulari pretij inter ipsos venditores distributione secuta, quia vẽditionis actus inspiciẽdus est, ex quo gabella producitur, iuxta notata supra. c. 3. ex princi. Et hoc quidem quoad

vbi pro expositione prædictæ legis regiæ hos duos contractus census & emphiteusis recte distinguit.

46 Nu 46. in fin. ibi.c. 13. nu.3. adde: atq; ita in hac cēsus datione alicubi obseruari audio.

60 Nu. 60. ibi. quæst. 5. art. 3. adde: & vltra Baldum in repet. l. Iusiurandum. col. 39. ad fin. D. de iure iurati. tradit. &c.

74 Nu. 74. ad finem. ibi. postea censum redemerit datis, &c. sic lege: redemerit in totum vel ex parte, datis scilicet quadringentis aureis, vel aliqua eorum parte, decimam quoque, &c.

75 Nu. 75. ibi. D. de aqua pluuia arce. adde: & l. cum fructuarius. 64. D. de vsufructu.

In eo. nu. ibi. censum recognouisset. adde: modo rem cum fructibus & omni vtilitate percepta restituat, iuxt. tex. in. l. heres. C. de omni agro deserto. lib. 11. de cuius intellectu agit Greg. Lup. in. l. 4. gl. magna. tit. 6. p. 6.

In eo. numer. ibi. vel aliquibus debitis pensionibus annuis, mihi remissis. Dele hæc verba propter ea, quæ diximus supra isto cap. nu. 19. in additamentis.

77 Num. 77. ibi. pro immobili iudicatur ius illud. adde: vt tradit text. in auth. de non aliena. & permut. in præfatione. circa principium. collat. 2. & resoluit. &c.

Summa capitis Vndecimi.

5 *IN contractibus non ordinatis ad dominiũ, æstimatio non facit emptionem.*

Additio in cap. XI.

2 NVm. 2. ibi. nu. 4. adde: vltra tradita per Baldum in. l. 3. nu. 5. C. commodati.

3 Numer. 3. in fin. ibi. C. de iure dotium. adde: de quo est textus in. l. 71. vbi Gregorius. verbo. apreciada. titul. 18. par. tit. 3.

5 Numer. 5. ibi. §. damna. D. pro socio. adde: vbi in. §. si in coeunda. in fine. inquit. Baldus, quod in contractibus non ordinatis ad dominium, æstimatio non facit emptionem, & de prædicta lege agit idem Baldus in. l. si pascenda. C. de pactis. & l. 3. D. locati. & contingit quoque in specie, &c.

6 Numer. 6. ibi. venditio resultet, siue non. adde: iuxta distinctionem Baldi in. l. ex conuentione. numer. 1. in fin. C. de pactis.

10 Num. 10. in fine. ibi. sed ex parte mutuatarij: dele hoc verbum, & sic lege: sed ex parte eius,

eius,qui mutuatus est,cum postea eas vendiderit.

16 Num.16. ibi.l.8.tit.1.patit.5. adde:vel iuxta text.in.l.in summa.l.§.in frumento.D.de condict. indebiti.

In eo num.ibi.sed ex natura contractus mutui. adde: & ex natura condictionis indebiti,&c.

In eo. nu.in fin.adde:& ijs, quæ dicemus infra cap.21.per totum.

Summa capitis Duodecimi.

17  *Exponitur textus in l. fina. titul. 23. part. 3.*

Additio in.c. XII.

2  Vm.2.ibi.text.in.l. Iulianus.§. si quis rem. D. ad exhib. adde:& est tex.elegans in.l. si cõuenerit.§.si quis. D.de pigno.actio.vbi dicitur, quod aliud est materia,& aliud nauis ex ipsa materia facta.

In eo. num. ibi. ex qua elegantie rerum & materiarum differentia. adde:ex veris quidem principijs naturalis philosophię deprompta, iuxta ea, quæ cum S.Thoma.in.2.Sententiarum, distin. 7. quæstio.3. art.1.in alio proposito tradit. F.Domi.Sord in. 4.distin. 9. quæst.1.art.3.in fin.factum est,&c.

5 Num.5. ibi.ars ista pictoria plurimi habebatur. adde: vt satis constat ex relatis à Budęo de asse & partibus eius lib. 2.fol. mihi.47.

6 Nu. 6. ibi propter cuius celebre artificium.adde:teste Plinio libr. 34. naturalis historiæ. cap.7.

9 Numer. 9. ibi.calidis aquis oleum confeceris.adde:vtrumque enim artem requirit, nec aliter in vsu humano est, vt ait Baldus in.l.pro oneribus.nu.2. C.de iuredotium.

10 Num. 10. ibi. accipiendum est pro vino. adde: vt ex Virgilio.1.Geor. & Ouidio libr. 2. de arte.præcipit Calepinus.

13 Num.13.In fin.ibi.non possit reliquias,&c. sic lege:nõ possit actione ex stipulatu,seu certi condictionę, quæ est stricti iuris; etiam reliquias petere, quas Græco verbo expressit I. C.in.l.quid ergo.§. si hæres de legatis.1.Vnde alij,&c.

14 Numer. 14. ibi.& in.l.lana. verb. facta.de lega.3. adde & in dict.l.quid ergo. §.si hæres.verbo.non vt carnem.de lega.1.

16 Num. 16.ibi.vel sibi debita superfuerint.adde:per tex.dict. l.solum. §.meum est. D. de rei vend.

vend. &. l. quid ergo. 70. ver. vnde Casſius. de vſufruct. &. l. 1. §. in beſtijs. ibi. & ideo. D. ſi quod rupes paupe. feciſſe dicatur.

17 Nu. 17. ibi. vel anatomiam. adde: vt ſic intelligas text. in. l. fin. ibi. *O ſi fueſſe ſieruo que no valieſſe ninguna coſa.* titulo. 23. par. 3.

Summa capitis decimitertij.

2 Ex vno & eodem debito non niſi vnica decima executionis alcaualae debetur, quamuis multiplex executio fiat.

6 *Si de principali contractu ſoluta eſt gabella, nō debetur ex fideiuſſione, quae illi acceſsit.*

7 *Vbi duo ſunt propter vnum, vbi que tantum eſt vnum.*

11 *Ponderatur vtilitas gloſſe in. l. ſcire debemus. D. de verb. oblig.*

12 *Si pretium venditionis per partes augeatur, cui gabellario decima illius augmenti ſoluenda eſt.*

21 *Notatur Parladorius.*

23 *Ponderatur. l. 70. Tauri.*

30 *Ad iudicandam qualitatem contractus non ſonus verborum, ſed rei effectus inſpiciendus eſt.*

Additio in. c. XIII.

2 Vm. 2. ibi. Aufrerius in quaeſtio. Tholoſa. 451. adde: & in decima executionis ſtatuitur iure noſtro, vt pro vno & eodem debito non niſi vnica decima exigatur, quamuis plures executiones fiant, text. eſt in. c. 12. tit. 29. libr. 4. Recopilat. vbi id clarius deciditur, quam in. l. 10. titul. 6. libr. 3. & l. 7. tit. 21. libr. 4. Recop.

3 Num. 3. ibi. nec amplius peti poſſe. adde: vt ait Baldus in. l. 1. §. quod ſi nemo. ad finem. ver. ſuper quinto. D. quod cuiuſq; vniuerſita. nomine. Et reſoluit, &c.

4 Num. 4. ibi. non debet iterum ex venditione ſolui. adde: refert & ſequitur cum alijs pluribus allegatis Auileſius in cap. 1. praetorum. verbo. promeſſa. num. 6.

5 Num. 5. ibi. D. de eo quod certo loco. adde: & l. Titius cū gloſſ. fin. ad finem. D. de pigno. actio.

6 Num. 6. ibi. cap. 3. §. 2. num. 27. adde: immò & ex eadem ratione procedit, quod tradit idem Baldus in. l. 1. num. 5. D. ſi cert. pet. quod ſi ſtatuto caueatur, vt ex omni contractu ſoluatur gabella, & de principali

contractu soluta sit, non debet iterũ solui de fideiussione super eo cõtractu interposita, quasi vnũ & idem negotiũ sit.l.3.§.si. D.de duobus reis.cum fideiussio sit accessio obligationis principalis.§.si fideiussores.Instit.de fideiusso.& duplici onere contrahentes grauari non debent, argu. notat.in. l.1.C.de mulieribus in quo loco sexui. Et vide quæ dicemus infrá cap.20.no. 39.at in nostra, &c.

7 Numer.7.ibi.alterum decipiens.adde:atqui quotiens duo fiunt propter vnum, vtrobique tantum est vnum, vt inquit Bal. in alia quæstione de gabella in l. cum dotem.in.fin. C.de iure dotium.Idem Baldus in.l.3.nu. 8. C. de sent. & interloq.omn. iudic. vbi allegat text. in.l.qui libertatis. §. seruus. D.de euictio. & cum in ea duplici venditione non nisi vnius pretij commodum sit, non videtur, quod vlterius possit esse onus, vt aliás in gabellarum materia præcipit idẽ Bald.in cap.si quis de manso. numer.21. in fin.de controuer. inuestit. in vsibus feudo. & facit etiam quod de instrumento renouato tradit Bartol. circa gabellam in consilio.67.

8 Num. 11.in fin.ibi.quæstio. 38.num.168.adde:eritq; vnum de multis, pto quibus vtilem esse doctrinam glossæ in. l. scire debemus.verb.mixta.ibi.& sic nihil additur. D. de verbor. oblig. ait Angelus de Perusio ibi.num.1.

12 Num.12.ibi.superfluo contrahere.adde:ũ quod magis inclinat Baldus post multas antiquorũ sentẽtias ab eo relatas in l. pacta nouissima.numer.9.& num.10.ver.finaliter concludo. C.de pactis.

In eo. nu. ibi.per totã quæstionem.adde: & quæ circa fideiussionem in simili venditione intercedentẽ tradit Martinus apud Baldum in dict.l. pacta.nu.9. in princip.

In eo.numer.ibi.infra.c.14. num. 17.adde: tamen si eueniat, quod tempore contractæ venditionis á principio, vnus gabellarius sit, tempore autem pretij aucti per nouum partiũ consensum alius gabellarius reperiatur, huic vltimo debebitur decima istius quantitatis, quæ aucta est in eo pretio: siue quidem reformatam priorem vẽditionem, vt dixi, siue de nouo contractam esse intelligas: quia cum vere ex nouo & presenti partium consensu pretiũ venditionis augeatur, saltem vel ex ea parte denuo vendere cẽsendi sunt, argu.eorum, quę dicemus infra dicto capit.14. num.17.

14 Num.

14 Numer. 14. ibi. damnosavê fuerit venditori. adde: quia lex tam emolumentum venditori contingẽs, quam pœnam eius, qui ad reuendendum emerit, intuetur, vt aliàs inquit text. in l. fin. §. fin. D. quæ in frau. creditorum. & videtur sentire, &c.

21 Num. 21. in fin. l. legaui. D. de liber. leg. adde: quicquid Io. Parladorius rem non explicãs, nec ex suis principijs resoluens, prout nos fecimus, aliud dixerit me tacito libr. 1. rerum quotidia. capit. 3. §. 2. num. 39. in secũda editione. Affirmãs, quod, in hoc casu, de quo agimus, perinde erit, atque si ipsi creditori addita fuissent bona debitoris, & ideo vectigal non deberi: quod quidem si verum esset fieret, vt nedum ex ista cessione, sed nec ex finali addictione extraneo illi licitatori facta sub illo beneficio, quod de traspasso dicimus, vectigal aliquod esset soluendum, quia ex adiudicatione directó facta creditori, nihil debetur eo nomine, vt resoluimus supra cap. 7. num. 54. quod plane falsum est: vltra quód iura ab illo auctore allegata nihil ad rem.

23 Num. 23. in fin. ibi. num. 12. glos. 3. adde: etenim proculdubio non repetitur; & si soluta non sit, solui debet ex prædicta ratione: quod sic expresse voluit Bal. in. l. 3. §. sed quia nostra. num. 4. commu. de legatis. Loquens in terminis retractus sanguinis, de quo in cap. constitutus. de in integ. rest. mino. & est tex. expressus in dict. l. go. Tauri. cum ibi notatis per Castellum in. 2. additione. Et quæ dicemus infra. c. 14. nu. 10.

30 Num. 30. ibi. ex rubrica. C. plus valere quod agitur. adde: etenim ad iudicandam qualitatem contractus, non sonus verborum, sed effectus rei inspiciendus est, vt late dicemus infra cap. 21.

Summa capitis decimi quarti.

1 *Varia sunt, non esse celebratum contractum, aut nulliter celebrari.*

2

3 *Contractus reprobatus, fingitur non celebratus.*

4 *Imaginaria venditio, quæ sit.*

5 *Sine licentia Episcopi, capella, aut sepultura in alium transferri non solet.*

Cur ex venditione sepulturæ à laico facta, gabella non debeatur, ibid.

6 *Venditio, cuius pretium statim remissum sit à venditore, præsumitur simulata, ac proinde gabella non debetur.*

10 In

10 *In cōditionibus inspicimus principium primæ existentiæ, & non curamus successum eius.*

Allegatur & declaratur quædam doctrina Baldi, ibidem.

17 *Emptor lædens, si pretium suppleat, de nouo contrahere videtur, & gabellam debet ei gabellario, qui tempore supplementi fuerit.*

25 *Venditione contracta sub pactis resolutiuis, interim is contractus ad effectum perducendus est, tam quoad ipsum contractum, quam quoad gabellæ solutionem.*

30 *Venditione contracta si res placuerit emptori, aut nisi displicuerit, qualiter gabella soluenda est.*

39 *Si gabella ex lite debeatur, solum interesse, quod vertitur, æstimandum est.*

40 *Tutor bene potest nomine pupilli rem aliquam emere cum pacto de retrouendendo, nec ad implementum pacti necessaria est iudicis auctoritas.*

43 *Cum plures res vna venditione distrahuntur, an vllus effectus sit dicere quod plures venditiones sunt, aut vna.*

44 *Late exponitur text. in. l. fin. C. de restitutio. mino. & Parladorij argumenta confutantur.*

Regulariter minor obligatione legali consuetudinaria, aut statutaria tenetur, ibid.

51 *Circumscriptio quid propriè in iure significet.*

55 *Voluntatem cogi non posse qualiter intelligendum sit.*

56 *Parladorij argumenta confutantur.*

60 *Venditione contracta in fraudem creditorum, ac proinde reuocatur, an gabella debeatur.*

63 *Sicut actus simulatus gabellam non patit, ita nec is, qui in suspenso est.*

64 *Qualis est contractus in prima sui figura, talis censetur in sui essentia, nisi contrarium probetur.*

Addit. in. c. XIIII.



2 Vm. 2. ibi. C. ne licere habitatoribus. lib. 11. adde: quia paria sunt nō esse celebratum cōtractum, & nulliter celebrari, arg. text. in. l. nec vllam. D. de petitio. hæred. de qua re vltra allegata per Tiraq. vbi supra. num. 6. videndus est Matthæus de Afflictis in titul. quæ sint regalia. verb. vectigalia. num. 123. in vsibus feudorum: vbi agit de hac quæstion. & Alciatus

ciatus in. c. placuit. nu. 96. &c.

3 Num. 3. ibi. lege vel natura prohibita. adde: quia cõtractus reprobatus fingitur non celebratus: atq; ideo inquit Baldus in. l. non dubium. nu. 2. C. de legibus. quod de contractu reprobato non debet solui gabella. Quod quidem generaliter intellige, siue id continget ratione rei venditæ, &c.

In eo. nu. ibi. vt in furioso. adde. l. 2. §. si à pupillo. D. pro emptore. & in prodigo, cui bonis interdictum est. l. is cui. D. de verb. oblig. siue ex adiectione conditionis impossibilis. l. non solum. D. de actio. & obliga. siue propter dolum, &c.

4 Numer. 4. ibi. quæ efficit, vt nulla vẽditio fit. adde. l. emptione. C. plus valere quod agitur. & tãquam corpus sine anima, vt dixit Baldus in. l. 1. nu. 4. C. illo tit. vnde imaginaria venditio dici solet. l. contractus. D. de actio. & oblig. l. nuda. D. de contrah. emptio. & ex alijs resoluit Pinelus in. l. 2. C. de resci. vendit. 1. part. cap. 2. nu. 28. Vel etiam dici solet figurata venditio. l. fin. & ibi glo. & Baldus. C. de emancip. libero. quamuis quidem & imaginaria quoque dici solet, quæ nõ simulata, sed momentanea venditio sit, quæ sane vera & realis venditio est, vt ex ea proculdubio regalis decima debeatur, vt in. l. 4. §. 1. & ibi glos. verb. imaginaria. D. de manumissio. quod non est in simulata illa venditione, quæ nullas vires habet, vt dixi, atq; ideo nullus est illius, &c.

5 Num. 5. ibi. in nullius bonis est. adde. §. nullius autem. instit. de rerum diuisione.

In eo. nu. ibi. l. si vsusfructus. in fin. D. de iure dot. adde: seu pro iure quodam funerandi, quod laicus possidere potest, vt probat tex. in. l. 1. D. de mortuo inferendo. quicquid dominiũ sepulturæ nõ habeat ex prædictis, vt notat glos. finalis in fin. in cap. 3. de iudicijs. licet Abbas ibi num. 10. aliter teneat.

In eo. nu. ibi. in responsione ad. 3. argu. adde: quicquid Greg. Lupus in. d. l. 1. tit. 13. par. 1. verb. *vender*, tales contractus condemnet, prout refert & sequitur Molina libr. 1. de primoge. Hispa. cap. 24. num. 40. non video, &c.

In eo. num. ibi. & in alium transferre potest. adde: quod quidem fieri videmus quotidie habita licẽtia ab ordinario Episcopi, siue qua obtentum est, neminem posse capellam, aut sepulturam suam alijs gratis, vel pretio concedere, nec obstat, &c.

In eo. nu. ibi. quod aperte fieri requirit. adde: immo cum saltem

saltem de facto istæ venditiones procedant, quamuis de iure nullæ essent, id sufficeret ad decimæ obligationem, ex ijs, quæ dicemus infra isto cap. nu. 47.

Sed adhuc his non obstantibus, propositę dubitationi respondens affirmãdum esse existimo, ex huiusmodi sepulturæ aut capellæ venditione regium vectigal non deberi, non quidé ex eo, quod venditio nulla sit, vt Parladorius dicebat, est enim validissima, tam de iure, quam de facto procedens secundum quæ suprá explicuimus; sed ex ea potius ratione, quia (vt vides) iuris cuiusdam incorporalis venditio est, per quam nullum corpus, puta solũ, aut ædificium sacrum, vtpote quod in nullius bonis est, in emptorem transferatur, quamuis quidem prædicto solo, aut ędificio inhæreat. Atque ita succédit, locumque habet præiudicata praxis, de qua egimus, supra cap. 9. nu. 41. quæ resolutio ex prædictis fundamentis vera esse conuincitur, quicquid prædictus Parladorius obiectæ difficultati nõ satisfaciens, quod primum facere oportuerat, immerito, me nulloque iure sententiam suã improbasse conqueratur in secunda editione. d. §. 3. nu. 35.

In eo. numer. in fin. ibi c. 17. nu. 18. adde: & circa decimam ecclesiasticam ex rebus nolle adquisitis soluendam vide Di. Perez. in l. 1. tit. 5. lib. 1. ordina. col. 208. ver. quæro etiam.

6 Núm. 6. ibi glos. 14. nu. 123. adde: præsumitur etiam in dubio simulata venditio, ac proinde ex ea tamquã ex nulla venditione gabella deberi nequit, vt expressim ait Baldus in dict. l. cum in venditionem. cum ijs, quæ supra diximus. num. 4. sed certè, &c.

7 Num. 7. ibi. Castren. in dict. l. ab emptione. num. 4. adde: & eiusdem Baldi in. l. si constante. ad finem. C. de donatio. ante nuptias. qué refert, & sequitur Matthæus de Afflict. in tit. quę sint regalia. verb. vectigalia. nu. 65. in vsibus feudo. Auendanius, cum alijs ab eodem citatis de exeque. mandatis. 1. par. cap. 17. nu. 8. & resoluit, &c.

8 Num. 8. ibi. eadem enim ratio est. adde: nã licet duo actus fiant, primus quidem contractus est, nempe venditio: secundus autem actus non est contractus, sed pœnitentia, seu distractus, ex quo gabella nõ debetur, vt expresse ait Baldus in rubr. C. quãdo liceat ab emptione discedere. num. 3. in fin. & faciunt quæ diximus supra cap. 10. nu. 10. & quæ cógerit Tiraq. de legibus connub. glo. 5. nu. 2. si veró, &c.

In eo.

In eo. num. ibi. secundo loco definitum. adde: & hoc est, quod voluit Baldus in dict. l. ab emptione. nu. 4. ver. tertius casus. D. de pactis. dum constituit differentiã inter verba per modum nouę obligationis concepta, & verba, quæ per modum resolutiuum concipiuntur. De qua re, &c.

10 Numer. 10. ibi. C. de ædiltijs actio. quem sequitur. adde: etiã Matthæus de Afflictis in titul. quæ sint regalia. ver. vectigalia. nu. 61. in vsibus feudo. & Gregor. Lupus, &c.

In eo. num. ibi. D. de ædilit. edicto. adde: & l. voluntate. in fin, D. quibus modis pignus, vel hypoth. solui. & l. ex hoc. §. fin. cum lege sequenti. D. de aliena. iudicij muta. causa facta.

In eo. nu. ibi. l. si quis. hæredem. C. de instit. & subst. adde: in condirionibus enim accipimus principium primæ existẽtiæ, & non curamus successum eius, vt ait Bald. in. l. precibus. nu. 6. C. de impuberum. & alijs subst. arg tex. in. l. si itá quis stipulatur. sine nauis. 63. D. de verbor. oblig. & l. boues. §. hoc sermone. D. de verbor. signifi. Quod & in simili, &c.

In eo. nu. in fin. ibi. eodem cap. nu. 24. adde: & tradit Bal. sic ex prædicta dist. intelligẽdus in. l. 3. §. sed quia nostra. n. 4. C. cõmunia delegatis. vbi inquit. Cynum de tali quæstione quęsiuisse: dictar statutum, vt vassallus teneatur soluere certũ quid domino loci, aut fisco pro quolibet contractu: modo pone, quod ille contractus postea rescinditur, verum teneatur soluere. Et inquit quod non, si rescinditur tamquam inualidus, quia potestas euictionis tollit intellectum acquisitionis. l. postulãte. D. ad Trebellia. quod optime exemplificatur in prædictis pactis resolutiuis. Sed si sit quędam translatio, exemplum in retractu sanguinis, vt in capit. cõstitutus. de restitut. in integ. Tunc tenetur soluere, quia adhuc verum est, retro contractũ fuisse, quamuis ex nunc rescindatur, vel transferatur ex prædicta resolutione, iunctis ijs, quæ tradidimus supra capit. 13. num. 23.

11 Num. 11. in fin. ibi. D. de reg. iuris. adde: de venditionibus autem in fraudem creditorum contractis, & ex ea causa postea rescissis, vide infra isto. c. n. 60.

17 Num. 17. ibi. *De todo el precio porque vendieren* Adde: erit autem illud animaduertendum, quod isto casu, nempe quando emptor cessit, & pretium supplet, si contingat alium fuisse gabellarium tempore vẽditionis contractæ, alium vetó eo tẽpore,

pore, quo tempore suppletur, huic vltimo debebitur decima supplementi, quia nunc denuo ex nouo consensu, ac perinde ex nouo venditionis contractu id fieri videtur, vt colligitur ex sententia Baldi. in.d.l. 2.nu. 14. ibi esset dicere, quod esset obligatus ad contrahendum de nouo. Vbi aperte innuit, quod quando decipiens emptor pretium supplere elegit, denuo cōtrahere intelligitur, iuxta text. in.l.pacta conuenta.§.Paul.D. de contr. emp. vt propter illum effectum multū interesse intelligas inter eam Baldi opinionem & contrariam doctorum sententiam existimantium, in remedio dictæ.l.2. C.de rescin. vendit. rem aut pretium deberi alternatiué, vt resoluit Pinelus ibi. 3. parte. capit. 3. num. 7. quicquid ipse inter eas opiniones nihil interesse putet, nullamq; iuris discrimen animaduertat: etenim si verius esset, quod res & pretium alternatiué debeatur, fieret, vt quamuis si pretium augeatur, gabella quoque eius venditionis augēda sit, non debeatur quidem huic vltimo gabellario, prout, iuxta alteram sententiam Bald. soluenda est, ex supradictis: sed potius primo gabellario, cuius tēpore contracta venditio fuit, cuiusque conuentionis virtute hoc augmentum resultaret, & non ex nouo consensu. Quod est multum notabile, & vide quod diximus supra cap. 13. nu. 12. in his additamentis.

20 Nu. 20. ibi. nec gabella soluatur. adde: quia fingitur non contractum, Gullielmi sententia fiet apud Baldum in. l. ab emptione. num. 4. ibi. respondet ipse. D. de pactis. & tenent plures, &c.

23 Num. 23. ibi. quia sic interest legatarij. adde. l. generaliter. §. fin. ibi. ne legatario iniuria fieret. D. qui & á quibus. & ideo si de alienatione ipsa gabella deberetur, isto casu non esset soluenda, vt tenet Paulus de Castro sic intelligendus in eo. §. sin autem. nu. 10.

25 Num. 25. ibi. ex traditis supra capit. 3. in princip. adde: & vtraque quidem obligatio, scilicet tam ea, quæ ex contractu competit, quàm quæ ad gabellam nascitur, interim exequibilis est, vt ex gloss. in.d.l.2. & notatis per Bartolū in.l. Iulianus. num. 38. D. de condit. indebiti. & resolutis per Decium & Bar. Socinū in.l. pecunia. D. si cert. pet. communiter teneri tradit P. Peralta in. l. 1. nu. 89. de legat. 2. licet non sic in terminis nostris de gabella Doctores loquantur.

In eo. nu. in fin. ibi. eodem capite,

cap. in princip. adde: & hoc est, quod recte voluit Gul i lmus apud Baldum in loco allegato, supra isto capite. num. 20. in additione.

26 Numer. 26. ibi. l. 2. D. de lege commissoria. adde. l. si venditor. in fi. c. principij. ibi. cui icut non addicere. D. de in diem addictione.

28 Num. 28. ibi pro communi sententia allegatæ. adde: & expresse sic loquitur Gullielmus apud Baldum in d. l. ab emptione. nu. 4. ibi. aut resoluitur ipso iure per pactum appositum à principio. D. de pactis.

30 Num. 30. ibi. l. Thais. §. sorore. D. de fidei. libert. adde: aliàs enim si verbum illud liberam emptoris voluntatem sonet, velut si voluerit, nulla venditio esset. l. hæc venditio in princip. D. de contrah. empt. quo fiet, vt si emptori nō placeat res empta, quæ aliás viro bono placere posset, perinde erit, ac si verè pla cuisset, ex dicto. §. sorore. & dicta. l. hæc venditio. in princip. ver. si igitur. eritque ita venditio pura, & gabella debebitur. Idemque ius erit in illa conditione resolutiua, nisi displicuerit: quia si sine causa displiceat emptori, nihil nocebit venditori, aut fisco. Atqui si fortè vterque tam venditor, quam emptor resolutioni consentiant ex ea causa, fiet, vt non tam ex vi conditionis defectæ perimi videatur venditio, quam ex mutuo vtriusque partis consensu, qui à venditione pura & perfecta malint recedere, arg. tex. in. l. cum emptor. D. de rescin. vendit. & l. cum notatis, C. cōmunia vtriusque iudicij. Vbi cum partes consensissent diuisioni, quæ aliàs non iure facta erat, non tam ex sententia, quā ex placito tenere diuisio dicitur, vt bene notant Bartólus in l. 4. in fin. D. de officio proconsulis. & Baldus in. l. penult. nu. 8. C. de arbitris. ac proinde is mutuus contrahentium consensus fisco non præjudicabit, quominus gabellam ex ea venditione consequatur ex supra resolutis. Sed & iterum, &c.

31 Num. 31. ibi. venditio transferatur. D. de in diem addictio. adde: & sunt similia verba in. l. is qui in puteū. §. si postquám, ad finem. D. quod vi, aut clam.

37 Num. 37. ibi. alia noua decima debeatur. adde: & nouum Laudimium deberi ex re emphiteotica eo pacto distracta indubius ait Greg. Lupus in. l. fin. verb. *Que no la quería*, ad fin. tit. 9. par. 5. Est enim, inquit, reemptio, secunda venditio, ac de ea habere debet dominus Laudimium suum: non enim resoluitur cōtractus, sed rescinditur

ex pacto primus, & fit secundus. At veró Anton. Gometius vbi supra, dicto. cap. 2. nu. 31. resoluit nouam gabellam nō deberi, &c.

39 Numer. 39. ibi. secunda venditio vineæ contrahatur. adde: per ea, quæ dicemus infra cap. 20. nu. 39.

In eo. num. ibi. ex notatis in dict. l. & si æquo. adde: in quam sententiam optimé facit decisio. Bart. in. l. si duo. §. in hoc interdicto. nu. 2. D. vti possidetis. vbi inquit, quod si ex qualibet lite solui debet gabella quatuor denariorum pro libra, prout est statutum in sua ciuitate, & contingat contentionem esse super possessione alicuius rei, possessio quidem ipsa, cuius interesse in litem vertitur, æstimari debet, nō res ipsa, de cuius possessione agitur. Itaq; aliter, &c.

40 Numer. 40. in fin. ibi. C. de pactis inter empto. adde: atque ex eisdem comprobatur quod rectè tradit Caldas Pereira in. l. si curatorem. verbo. contractum fecisti. num. 43. C. de in integ. rest. mino. videlicet, quod quamuis tutor, vel curator nomine pupilli, seu adulti non possint facere pactum de reuendendo rem immobilem ab eis emptam, si modo id pactum fiat ex interuallo, iuxta text. in. l. ad resoluendam. cum gloss. ibi. verbo. emisisti. C. de prædijs minor. quia vera venditio, & rei sui minoris alienatio esset, quæ sine iudicis decreto fieri non potest. l. lex quę tutoris. C. de admi. tutorum. cum similibus. In ipso tamen cōtractu emptionis, scilicet quando rem aliquā immobilem emunt sui minoris nomine, bene possunt pactum de reuendendo apponere sicut quælibet alia pacta per text. in. l. contra. §. filius. D. de pactis. nec ad illius implementum necessaria erit iudicis auctoritas: quia eo casu non tam erit noua venditio & rei propriæ alienatio, quam distractio & quasi rei alienę restitutio ex supradictis.

43 Numer. 43. in fin. ibi. quoad fiscum ex prædictis. adde: quod sane non tam dicimus propter augmentum gabellæ (scitum est enim, aucto pretio & regiam decimam augendam esse, ex traditis supra isto capite. num. 17.) quam propter diuersitatem temporum, quibus diuersi existerent gabellarij: vt scilicet ex hac vltima venditione, quæ ex prorogatione resultat, ei demum gabellario regium vectigal soluendum sit, qui tempore prorogationis reperiretur: quamuis alias iure nostro interesse non soleat pro solutione decimæ, an vna vel multi-

multiplex venditio contrahatur, quia pretij quantitas inspicienda est, prout recte animaduertit P. Peralta Doctorem quendam Hispanum & antiquum reprehendens in. l. 2.numer. 4.ver. septima vtilitas. de legatis. 2. vbi resoluens plures effectus, qui ex ea cognitione resultant, an dispositio sit vna vel plures, iuxta. l.scire debemus. D. de verbor. obligatio. Illud inquit: quod si statutum disponat, quod de quolibet contractu soluatur gabella, & plures res fuerint in tali contractu speciatim nominati gabella soluenda erit de qualibet re, aliàs sufficiet vnam gabellam pro omnibus solui. Ad quod inquit, solitum esse allegari Baldum in. l. fi.§.præterea. C. de iure dotium. & quod eam decisionem fertur commendare Aretinus in dicta.l.scire debemus.colu.quinta, sed quod in sua impressione id non dicit Baldus, nec Aretinus ad hoc eum allegat, licet aliás sic referat doctor ille Hispanus, quem honoris causa non nominat. Et quod sto, quod hic diceret Baldus, applicari non posset ad materiam gabellarum nostri Regni, quæ pro quolibet decennario pretij conuerti, non autem pro quolibet contractu venditionis soluendæ sunt. In quo sané, vt dixi, recte P. Peralta: cæterum dum negat id Baldum dixisse, suis condicibus deceptus est: dixit enim Baldus in dict. §.præterea. numer.6.& expresius & latius in l. cum eiusdem.D.de ædili.edicto. quæm refert Tiraq. de ret. lig.§.23.glos.1. nu.20.

44 Numer. 44. in fine. ibi. dereliquit. adde: nec satisfacit Paladorij defensio vbi supra, dicto capit.3.§.5.numer.16. in secunda editione. Vbi magno verborum fastu nos incusat, quod ex prædicta ratione ab eiusdem sententia recesserimus: dicens iniustum esse argumentum texr. in dicta. l. fina. C. de restitur. mino. Vbi de minore agitur, qui non fuit circumscriptus, sed fecit id, quod quilibet prudens paterfamilias fecisset, prout ibi gloss. & Doctores tradunt: nos autem in ista quæstione de minore circumscripto loquitur. Deinde illa. l. finalis. agit, quando minori in integrum nō competit restitutio: nostra veró quæstio, quando minori restitutio datur. Præterea in hac quæstione non minor, sed publicanus ipse aduersus minorem iure communi vtitur, ita vt longe diuersa res sit, (vt ille ait) qua de agimus, ab ea quæ in

illa. l. finali deciditur. Nam aduertere debuisset ille auctor in specie dictæ. l. fin. ideo minorem restitutionem petijsse, quod vere re ipsa læsus esset: aliter enim ratione solius minoris ætatis frustra peteret, quod illi erat iure perpetuo denegatum, ex regula text. in l. non omnia. D. de minori. & l. 2. titul. 18. partit. 6. cum alijs iuribus. Ac proinde decisio illius legis non foret dubitabilis, sed id solum decideret, quod minori non læso negaretur restitutio: quin potius in ea. l. fina. ideo minori quantumuis læso restitutio non cōceditur: quia in eo, quod fecit, quodque sibi re & euentu damnosum fuit, iure communi vsus est: hoc est, quia id non tam ex sua voluntate & arbitrio, aduersarijvé dolo, quàm ex legis necessitate processit, vt euenit quoque in alegata l. inter eos. §. cum inter. D. de fideiusso, propter quod apparuit, eum minorem non sui facilitate, vel aduersarij dolo deceptum circumscriptumq; esse, quorum alterum cum minori ætate necessarium est ad restitutionem inintegrum impetrandam, nec sufficit læsio re ipsa contingens, vt optime explicant Baldus, & Salicetus ibi. Exempli gratia, statuto ciuitatis cauetur, vt quælibet lites inter consanguineos ortæ compromittantur: quæ dispositio tam minores, quam maiores obligat. Orta est lis inter minorem vigintiquinq; annis, & aliquem eius cognatum, quæ virtute statuti per vtrumque compromissa est. Ecce minor conqueritur se minorem esse & in compromittendo deceptum re ipsa, iuxta textum in. l. si minor. §. minores. D. de minoribus. quæ probat eo ipso, quod minor in arbitrum compromittit, læsum esse iuxta interpretationem Bartoli ibi, quicquid aliud sit de iure nostro regio per text. in. l. 25. vbi Gregorius notat. titul. quarto, partit. tertia, & inquit text. in dicta. l. fin. quod isto casu, vel simili minor ille restitui non debet, quia cum iure communi, seu statutario vsus sit in compromittendo legis dispositionem secutus, non potest dici sui facilitate deceptus, aut ex aduersarij dolo circumscriptus. Et hæc est vera & communis illius legis interpretatio. Ex qua multa oriuntur, quæ Doctores tradunt de legali obligatione, circa personas minorum, prout laté resoluit Caldas Pæreira in. l. si curatorem. verbo. cum non absimilis. ex

numer.

numer. 35. C. de in integ. resti. in mino. Veniamus ergo ad nostram quæstionẽ: vendidit minor rem aliquam, in quo contractu, vel sui facilitate, vel ex dolo aduersarij deceptus fuit, ideoque restitutione impetrata venditionem rescidit: quæritur de gabella, an is quoad istam quoque restitui debeat. Et dixi restituendum non esse, quia licet quoad gabellam re ipsa læsus est minor in vendendo: eo quod sic vendens solutioni eius se obligauit, tamen quia id gabellæ debitum non tam ex sua voluntate, quam ex legis gabellariæ dispositione prouenit, non potest dici circumscriptus in ea obligatione ille minor, qui iure communi & vniuersali obligatus est, vel vsus est, si iam forte gabellam soluit, cum restitutionem petit, iuxta, &c. Iuxta dictam. l. fina. vides igitur & aptum & ineuitabile esse nostrum argumentum: quia & nostra quæstio & prædicta. l. finalis. in minore re ipsa læso, ex dispositione legis, non autem sui facilitate, vel dolo aduersarij decepto loquuntur, nec præterea obstat, quod in specie dictæ. l. fina. minor ille restitutionem non habet, sicut habet iste, de quo in nostra quæstione: quæ est secunda ratio Parladorij, qua nos impugnat: eius enim argumentis æqua acie, vt clauus clauo pellitur, sistendum est. Quia respondeo, quod minor iste restitutionem habet in nostra quæstione aduersus emptorem ad rescindendam venditionem, in qua sui facilitate vel emptoris dolo, vt sæpe dixi, circumscriptus est: non habet autem aduersus gabellarium ad denegandam, vel repetendam gabellam, cui ex legis dispositione vendendo se obligauit: quia quamuis vendendo deceptus fuit, postquam vendidit, in gabellæ debito deceptus nõn est, argum. eius, quod dicit text. in. l. 4. §. sed quod meretrici. D. de condict. ob turpem causam. & in specie dictæ. l. fin. possibile etiam est, quod minor ille restitutionem haberet aduersus eam litem ex alia causa, puta ex aliquo defectu, vel errore interuenienti, non tamen ex ea, quod compromisit, iuxta exemplum propositum. Nec rursus obstat, quod in nostra quæstione non minor, sed publicanus aduersus minorem iure communi vtitur: quæ est vltima argumentatio prædicti auctoris. Nam respondeo, quod publicanus iure cõmuni vtitur petendo gabellam á minore, & ipse

ipse minor iure, etiam communi est obligatus ad eius solutionem, ac proinde non dicitur circumscriptus: etenim lex gabellaria generalis est, quæ minores, sicut maiores obligat; vt constat ex generalitate. l.1.titul. 18. libr 9. Recopilatio. & dicemus infra capit. 19. numer. 1. & expresse, quod statutum de gabella liget minores, tradit Bartolus in l. Imperatores. §. 1. D. de publica. quem refert & sequitur Castellus in l.1. Tauri. gloss. *En los dichos lugares*, in fine, ante additionem. Et generaliter quod minor obligationi legali, consuetudinaria, & statutaria teneatur, docet Bartolus in. l. sed hic. in principi. D. de rebus eorum. Itaque minor vendens non magis, venditione rescissa per restitutionem, à gabellæ solutione excusabitur, quam quilibet alius ætate maior, qui venditionem semel & valide á se contractam, ex legitimis causis resciderit, secundum quę supra late resoluimus, & infra dicemus isto capite: quia licet vterque, vel in vendendo, vel in pretio deceptus sit, atque ideo ex iusta causa aduersus emptorem agat, nulla quidem excusationis, aut restitutionis ratio efficere potest, quominus pro gabellæ debito fisco teneatur, quod generaliter quancumque validam venditionem onerat, siue quidem á maiore, siue à minore contractam, nec in hoc vlla deceptio, seu læsio esse potest, quæ venditorem iuuare possit, cum generale & commune ius sit, vt explicui.

51 Numer. 51. in fine. ibi. ex Calepino in dictionario. adde & annotat expresse Baldus in l. non videtur. numer. primo, in princip. C. de restitutio. in integr. vbi ait, quod circumscriptio ciuile vocabulum est, quod includit læsionem sui facilitate, vel dolo aduersarij contingentem.

55 Numer. 55. ibi. 1. parte. cap. 4. §. 1. numero. 12. adde: immó optimè inquit Baldus in dict. §. si metu. quod licet Theologi dicunt, voluntatem cogi non posse, intelligendum est de intrinseco motu animi, non prout accommodatur acti bus hominum, ideoque nihil ad nos.

56 Numer. 56. ibi Gregorius Lupus. titul. 5. partit. 5. adde: & text. optimus in. l. domum. in fin. D. de contrah. empt.

In eo. numer. ibi. Peretium in rubr. titul. 2. libr. 8. ordina. pag. 30. col. 1. adde: siste lector, & in hunc locum lege Parladorium

ladorium dicto libr. 1. rerum quotidia. capit. 3. §. 5. numer. 13. in secunda editione. frustra (vt semper) laborantem prædictam suam sententiam ab hac nostra animaduersione defendere: inquit enim, quod licet sciat vera esse, quæ á nobis in hoc loco tradita sunt, si rem ordine expendamus, suam opinionem omnino veram esse deprehendemus. Nam qui deceptus est, solutum á se vectigal, ab eo qui dolū fecit, actione de dolo recuperat: is vero, vt á publicano recuperet, actionem habet nullā: primo, quia quod dicimus cōtractum aduersus leges celebratum pro nullo & pro infecto haberi, ita accipiendum est, nisi æquitas aliud suggerat in damnum cōtrahentis, vt docet Bartolus in l. non dubium. numer. 16. C. de legibus. Hoc autem casu summa suggerit æquitas, vt qui dolum fecit, vectigalis onere prægrauetur, tamquam ex cōtractu valido. Secundo, quia allegans turpitudinem suam, nō est audiendus. l. mercalé. C. de condicti. ob turpē causam. Hęc ille, addens me parum cōstantem á mea opinione deficere infra isto capite. numer. 64. sed profecto si ita est, quod rem ordine debemus expendere, vlterius progredi debuisset Parladorius, nempe ad eum casum, quando dolum dantem causam contractui non fecisset venditor, sed potius emptor: & cum iam venditor rescirct emptoris dolo se se deceptum esse, á publicato iure decimæ conueniretur: non ne si verum est, quod ex tali venditione, vtpote de iure inualida regium vectigal non debetur, præcipué cum aduersus istum venditorem, qui dolum non fecit, cesset æquitas ab autore illo considerata, ab huius modi decimæ solutione ijs venditor excusabitur? Ita quidem: cessantibus omnibus, quæ pro gabellario prædictus Parladorius considerat. Ergo, non omnino vera est eiusdem sentētia, dúm in vniuersum ait, ex causa doli metusué venditione rescissa, vel annullata regiam decimam deberi, & doloso incumbere, vt necessaria fuerit nostra limitatio. Præsertim quia si rem volumus, vt oportet, omnino dispungere, & huius articuli veritatē enucleare, Parladorij æquitas superiùs relata nullo iure comprobatur, ac proinde reijcienda est, ex doctrina Baldi in rubr. C. de constit. pecu. numer. 11. vbi admonet, debere nos sequi æquitatem iuri coniunctam, non autem imaginariam & nostri capitis, prout

laté soluit Tiraquel. de retract. ligna. §. 35. glo. 1. nu. 31. nec obstat doctrina Bartol. in. d. l. non dubium. quia intelligenda & accipienda èst in casibus à iure expresśis: quo fiet, vt si vendi- 60 tor, qui ex dolo suo dedit causam venditioni, pòstquam ab emptore conuentus fuerit, & ex ea causa venditio rescissa sit, à gabellarijs pro decima non soluta conueniatur, recté possit turpitudinem suam ab alio detectam excipiendo allegare, & decimam non soluere ex ijs, quæ infra resoluemus hoc eodem capit. num. 64. & hic erit alius casus, in quo necessaria erit animaduersio nostra in hoc nu. 56. ex quibus tandé ac facile deprehendens, quam iniusté inconstantiæ me redargueri Parlad. propter ea, quæ à me dicta sunt in. d. nu. 64. quia in hoc loco solum dixi, ex ea venditione, cui dolus causam dedit, vtpote nulla, regiam decimam non debet ex generali regula, de qua supra isto capite. nu. 4. Cæterum qualiter & quando hoc prodesset venditori turpitudinem suam alleganti ad excusationem decimæ, si forte ipse dolum fecisset, in illū alium locum reseruaui. Tu (lector optime) in cuius gratiam hic noster susceptus est labor, recte iudicaueris.

Id vero, quod diximus, venditionem cui dolus causam dedit, nullam de iure esse, intellige verum, nisi is, qui dolum, &c.

Numer. 60. in fine. ibi. perutile & elegans. adde: Quid ergo erit in ea venditione, quæ in fraudem creditorum facta fuerit, ac proinde reuocetur iuxta totum tit. D. quæ in fraudem cred. & ista quæstio non in ea venditione locum habet, quæ simulata & imaginaria est, sed quæ sit vera & in fraudem contracta, quia cum prima nulla sit. l. emptor. D. de aqua pluuia arcen. & quæ allegat Bartolus in. l. post contractum. numer. 4. D. de donatio. apertum est, gabellam ex ea non deberi iuxta superius resoluta isto capite. numer. 4. at illa, quæ in fraudem celebratur, vera venditio est, & reuocatoriæ actiones necessariæ sunt, ex eodem Bartolo, vbi supra, & dicto titul. D. quæ in fraudem cred. propter quod videri poterit, ex regulis supra traditis, præcipué numero. 11. regiam decimam deberi, adhuc, quamuis ex ea causa rescindatur venditio. Sed certè contrarium teneo, quia id totum in fraudem factum esse potest intelligi, scilicet, tā alienatio rei, quam ex ea causa subortum gabellæ,

bellæ debitum: ac proinde, quicquid verè dici posset gabellam deberi, quia verum est venditionem fuisse contractam, adhuc nedum ipsa venditio, sed & ipsa gabellę solutio reuocabitur, ne debitor aliquo modo per fraudem creditoribus suis officiat. Vnde fiet, quod si reuocata venditione, bona debitoris vtrique sufficiant, scilicet tam creditori, ad cuius petitionem, seu in cuius gratiam venditio rescissa est: quam gabellario, proculdubio decima soluenda erit, vel si soluta sit, non repetetur, quia vere debetur, & non nisi quatenus fraudulenta est, rescindi venditio debet: secus autem si non sufficiant creditori, quia tunc repetetur gabella, vel eius solutio impedietur, ne per debitoris fraudem ea impensa creditori officiat, qui si aliter diceremus, id minus ex bonis debitoris consequeretur: id quod verum erit, quamuis gabellarius ille conscius fraudis non fuerit instar donatarij, cum nō certet de damno vitando, sed de lucro captando. l. qui autem. 6. §. preterea. D. quæ in fraudē cred.

63 Numer. 63. ibi. ver. conuenienter. adde: & faciunt notata per Bald. in authen. quę supplicatiō. numero. 4. & 5. C. de precibus imperat. offer. sicut enim actus inualidus venditionis gabellam non producit, ita nec is, qui in suspenso est, argum. text. in. l. cum pater. §. à filia. cum ibi resolutis per Pet. Peraltam. deleg. 2.

64 Numer. 64. ibi. de facto procedente. adde: quia simulatio, dolus, aut metus non præsumitur, quin potius qualis est contractus in prima sui figura, talis censetur in sui essentia, nisi contrarium probetur, vt præcipit Baldus in capit. 1. numer. 2. de feudo dato in vicem legis commissoriæ. Super feudis.

Summa capitis decimiquinti.

2 *ADVERBIVM fortè, nunquam probat.*

9 *Qui habet licentiam aliquid extrahendi à territorio, per alium extrahere potest.*

Si reus principalis immunis est à gabella, & fideiussor quoque immunitatem habet, ibidem.

10 *Si emptor sit potentior persona, quamuis ab alio, etiam ex potentioribus emat, non te-*

 netur

netur ex pretio gabellam retinere.

13 *Pactum priuatorū non derogat iuri fisci in datijs & collectis.*

17 *An quis posit priuilegio suo renuntiare in damnum tertij.*

Additio in.c. XV.



1 Vm 1.ibi. Doctores attribuunt, vt adde: vt in dubio, nisi aliud lege, vel statuto exprimatur, ait Baldus in.l. si prædium.num.6.C.de ædilitijs actio.& resoluit, &c.

In eo.num.in fin. ibi.cap.3. nu.40.adde: & hanc differentiā iuris communis & regij, inter antinomias notat Villalobos litera.G.nu.2.

Nu.2. ibi. sed sub dubio ad-
2 de: aduerbio forte bis repetito, quod nunquam probat, vt ait Bald. in.l. cum pro eo nu. 29. C.de senten.quæ pro eo, quod interest.quasi regulariter, &c.

In eo. numero. ibi. viguit enim Vlpianus. adde: post Neronis tempora, vt constat ex eodem Vlpiano in.l.1.in principio.D. ad Trebellia. videlicet, sub Alexandro vigesimoquinto Imperatore, vt patet ex.l.secunda.C.de contrah.& committen.stipulat. &. notat Pinellus, &c.

5 Numer.5. ibi.l.fin.D.de institoria. adde: & resoluta per Baldum, & Doctores in.l. ei qui seruo. numer. 2. C. quod cum eo.

6 Num.6. ibi. verb. ministerium. D.de constit.pecu.adde: & ijs, quæ phisicé resoluit Bal. in.l.1.nu.32.C.de confessis.

In eo. num. ibi. & emptorem nasceretur.adde: quo casu venditio est, quidam actus transiens quoad ipsum procuratorem, absque eo quod aliquid resideat penes eum.

8 Nu.8. ibi. & iudicatum vidi.adde: ideoq; emptor in hac specie de rei pretio gabellam retinere debet, ne scilicet gabellarius forensem venditorem in longinquis quærat ex prædicta.l.32.per quā satis cautum est gabellario, quicquid metuat Doctor Gironda in tract.de gabellis.4.par. §.1.nu.2.contra iura ciuilia & regia expresse loquens.

9 Numer. 9. ibi.text.in prin. Instit.de stipula. seruo.adde: & optimus text. in.l. denique. §. sed verum. &. §. fin. D.de minoribus.

In eo.num.ibi. *Otros por ellos.* tit.18.libr.9. Recopilatio.adde: & facit dictum Bartoli in. l.parippum. C.de cursu publi. Angarijs, &c. libr.12. vbi ex eo text. notat, quod si gabellarij

porta-

portarum dederint mihi licentiam portandi mea arnesia, extra ciuitatem & districtũ, si ista arnesia portauerim per mulionem, quamuis mulio non sit in licentia descriptus, sed solum ego, licite tamen poterunt per eum portare, refert & sequitur Matthæus de Afflictis titul. quæ sint regalia. ver. vectigalia. numer. 48. in vsibus feudor. Et facit etiam aliud dictum Baldi in. l. 1. numer. 5. ad medium. D. si cert. pet. vbi ait, quod si ex forma statuti de quocunque contractu gabella debetur, & reus principalis immunis sit, illius quoque fideiussor à solutione gabellæ excusabitur: ratio est, quia vterque contractus principalis & fideiussio in idem recidit, videlicet in causam rei principalis, qui, si fideiussor aliquid nomine gabellæ soluerit, tenetur eidem refundere actione mandati. Quod sane proculdubio in nostro quoque casu contingeret: & quotidie vsuuenire potest clerico & laicis fideiussoribus censum aliquem in bonis suis constituentibus, vt scilicet gabella nulla etiã ex laicorũ parte, seu bonis debeatur, quia id totum clerici negotium est ex prędicta Bal. doctrina, quod ex multum notabile. Sed & é contrario: vt æqualis, &c.

In eo. nu. ibi. pag. 34. col. 2. ad medium adde: & fraude detecta gabella exigenda erit, quia interueniens clerici persona realitatem vẽditionis non mutat ex prædictis. Notat Bar. in. l. fi. in fin. nu. 8. C. de annonis & tributis. lib. 10. ex qua sumit argumentum contra clericos & scholares, vel alios habentes immunitates à gabellis, qui prętextu earum alios excusant.

In eo. nu. ibi. nomine venditio facta est. adde: refert & sequitur Matthęus de Afflictis in tit. quæ sint regalia. verb. vectigalia. num. 68. in vsibus feudor. quicquid obscurare videatur: & quicquid aliquãdo diuersum ius esse soleat, aliquid emere á creditore, vel ab ipso debitore, vt in tutore & pupillo tradit tex. in l. pupillus. §. fi. in fin. ibi, sed & si creditor. D. de auct. tu.

In eo. numer. ibi. cuius negotium non geritur. adde: vt aliás inquit. l. creditor. §. sciendum. D. qui potiores in pig. hab. & l. si pupilli. §. sed & si quis. D. de negotijs gestis. Sed læditur potius, vt patet, & dicemus infra cap. 19 nu. 46.

10 Numer. 10. ibi. tradit. l. 9. in fin. tit. 10. libr. 9. Recopil. adde: quæ erat. l. 6 titul. 1. libr. 6. ordinamen. cuius decisio singularis est, vt ait Auenda. de exeq. manda. 1. parte. capit. 19. num. 18. ver.

18. ver. dicitur autem. Sed ex multis modis, ex bene traditis per Rebuffum ad leges Galli. 2. tomo. de cessionibus actionum. art. 1. glo. 5. primo quidem ratione generis, &c.

In eo. numer. iii fine. ibi. de testibus. numero. 13. adde: quæ resolutio, vel eo quidem casu limitanda est; quando emptor æqué potens persona esset: quia tunc ratione æqualis potentiæ nihil videtur in fraudem legis gabellariæ factum, licet emptor é pretio venditionis gabellæ quantitatem non retinuerit, ex traditis per Bald. in. l. fin. in fine. nu. 8. C. ne liceat potentioribus.

13 Numer. 13. ibi. dicta. l. inter debitorem. D. de pactis. adde: vbi inquit Bald. quòd pactum priuatorum non derogat iuri fisci in datijs & collectis: nam licet inter priuatos apponatur aliquod pactum, valet quantum est inter eos, sed non respectu fisci. Et expresse, &c.

In eo. numer. ibi. cessa per vẽditorem actione. adde: nam & eo casu, quo hæredem meũ damnassem, vt pro Titio vectigal publicano solueret, nullam is publicanus aduersus hæredem actionem habet, vt est text. elegans in. l. fideicommissa. §. interdum. delegat. 3. quia tũc non tam publicano, quàm Titio legari censetur. l. seruo legato. §. si testator. de legatis. 1.

17 Numer. 17. in fine. ibi. titul. 16. libr. 5. Recopila. adde: quod si ex postfacto renuntiaret, sponte sua gabellam soluens, an emptori præiudicet, vt ab eo possit ex vi pacti repetere, videnda est glossa in. §. tripli. verb. in libello. ver. sed quæro, si hæ personæ. Instit. de actio. & Baldus in. l. fina. numero. 12. C. de fructibus & litium expen.

18 Numer. 18. ad finem. ibi. in nostra quæstione considerata. adde: quæ licet innanis esse videatur, iuxta ea quæ addidimus supra capit. 3. numer. 19. circa text. in dict. §. pretium autem. Instit. de empt. & vendit. vel in alijs casibus vtilis esse potest, veluti si in scriptis contraherem, & quo iam tempore scriptura conficitur, gabellarius sim: hoc enim tempus vltimum ad habellæ solutionem inspiciendum est, ex resolutis supra dicto capit. 3. num. 13.

19 Numer. 19. ibi. §. si tibi. D. de actio. empti. cum ibi notatis. adde: & ijs, quæ eleganter præcipit Baldus in. l. in bonæ fidei. ex nu. 2. C. de pactis.

Summa

Summa capitis decimi sexti.

1 IN omni casu & negotio impensæ deduci debent ex fructibus.

Argumentum de tributo ad decimam recte valet, ibidem.

In decima ecclesiastica, quæ ex negociatione debeatur, impensæ deduci debent, ibid.

7 *Promissum cur Baldus appellet incantum.*

10 *Si maius pretium præconicetur, quam quod vere oblatum est in venditione, crimen stellionatus committitur.*

11 *Declarantur verba text. in l. 6. titul. 13. libr. 9. Recopilatio.*

15 *Retunditur Parladorij defensio.*

27 *Si testator iusserit aliquid vendi quanti Titius æstimauerit, Titio non æstimante recurrendum est ad arbitriū boni viri.*

Ponderatur text. in. l. Athletas. §. ait. prætor. D. de his qui notantur infamia, ibidem.

Si pœnale est vendere forensi, & heres in testamento dānatur vendere, testamentum non excusat à poena, ibidem.

31 *Nihil capere videtur, qui tantundem præstat causa conditionis implendæ.*

Additi.in.c. XVI.



Vmer. 1. ibi. vt ab illis decima deducatur. adde: & Gregorius Lupus in l. 6. verbo. *Las mandas.* titul. 26. partit. 2. agens de quinto regio in rebus bellicis, generaliter ait, se credere quod semper istæ impensæ deducantur, cum nullus casus sit, qui hoc genus deductionis impediat. l. fundus qui. D. familiæ ercisc.

In eo. numer. ibi. vt illi Doctores animaduertunt. adde: & tradunt quinque glossæ notabiles in iure ciuili, quas refert Euerardus in locis arg. legalibus. loco à minoribus ad fiscum. numer. 2. & est textus in. l. fina. titul. nono, partit. sexta, & valet argumentum de tributo ad decimam, vel è contra, ex traditis per eundem Euerard. loco, á tributo ad decimam.

In eo. num. ibi. prout constat. adde: ex traditis per Bald. in. l. 1. nu. 3. C. de fructibus. & litium exp. & in. d. l. fructus. in fi. & ex

& ex relatis per additionem, &c.

In eo. num. in fin. ibi. vbi late disputant. adde: præsertim quia prędicta procedunt in decima, ex fructibus prędiorũ soluẽda, secus autẽ in decima, quę ex negociatione etiam ecclesię debeatur: quia tunc impensæ deducuntur, vt expresse ait text. in dict. cap. Pastoralis. de decimis. allegatus per gl. in. d. l. si à domino. §. si verb. deductis. huiusmodi autem est regia decima, de qua agimus, cum ex venditione & permutatione, ac perinde ex negociatione soluatur. Et vide Baldum in dict. l. 1. num. 2. in fin. cum numer. 3. C. de fructibus & litium expen. & Didac. Peret. in. l. 1. titul. quinto, libr. primo, ordina. colu. 207. ver. subinfertur etiam.

2 Numer. 2. ibi. dicta. l. non amplius. de lega. 1. adde: & in refert & sequitur Matthæus de Afflictis titul. quæ sint regalia. verbo. vectigalia. numer. 146. in vsibus feudorum. & Rodericus, &c.

In eo. numer. ibi. docet Bartolus. numer. 6. C. mandati. adde: & Baldus in. l. precibus. nu. 46. ver. item plus. C. de impub. & alijs subst.

7 Num. 7. ibi. propterea, quod tanti emit. adde: vnde eam pecuniam incantum appellat Baldus consi. 191. incipit, factum super quo. libr. 3. quasi detur, (vt ille declarat) quia plus incantat, hoc est, plus subhastabit is, qui eam pecuniam recepturus est: quod negocium, &c.

9 Nu. 9. ibi. quod recte fieri potest. adde: vt in. l. antiquæ. in prin. C. ad Velleia. & l. hoc iure, &c.

10 Num. 10. ibi. ex quo emptores deciperentur. adde: & crimen stellionatus committeretur. iux tex. sing. in. l. 3. §. item si quis. D. de crim. stellio & notat additio Alexand. ad Bartol. in l. si tempora. numer. 3. ad fin. C. de fide instrum. & iure hastæ. libro. 10.

In eo. numero. ibi. conditionibus obseruatur. adde: vt habetur in. l. 4. tit. 11. libr. 9. Recopilat.

11 Num. 11. ibi. summa, quam ille recepisset. adde: id enim significant verba illius legis dicentis, quod promissa computentur in pretio, nempe quod non deducantur. Et Clarius dicitur in. l. 25. eo. titulo, & libro.

12 Numer. 12. ibi. quat. gabel. adde: quæ est. l. 22. tit. 13. libr. 9. Recop.

In eo. nu. ibi. *pujar*, nu. fina. adde: & Auendañ. de exeq. mand.

mand. 2. parte. capit. 12. nu. 12.

15 Numer.15.in fine. ibi. nostra sententia. adde: nec audiendus est prædictus Parladorius in. d. §.7. num. 12. in secunda editione, qui ex eisdem prioribus fundamentis in prædicta sua sententia persistit, fortissimis nostris rationibus & iuribus allegatis more suo non satisfaciens: immo nec declarat, in quem sensum alleget text. in dict. l. si non sortem. & in dict. l. si conuenerit. quibus præcipue suam sententiam probare nititur, cũ tamen illæ nihil ad rem: nec demiretur me assecutum non esse eam rationem discriminis, quam ipse denuo considerat inter quæstionem nostram & decisionem text. in præallegata. l. 6. titul. 13. libr. 9. Recopilatio. quia si solius veritatis ratio habenda est, nihil inibi est, quod me fugerit. Etenim ea differentia, quæ aliquid præseferre videtur, nullum neruũ iuris habet. Inquit enim in effectu ille auctor, quod in adiectione quarti ideo promissa nõ deducuntur ex pretio principali, ita vt illorum summa deducta, quod reliquum est in pretio, dumtaxat computetur: quia sic interest conductoris, à quo conductio remoueri intenditur, quippe quod sæpé sæpiús promissa illa nõ à locatore, sed ab ipso conductore pendantur: quo fiet, vt difficilius inueniatur licitator crescente quarti summa. At veró in venditione ideó ex pretio deduci debent promissa, secundum suam sententiam ad vectigalis computationem, quia sic interest venditoris, qui illa erogat: quo fiet vt minore onere ratione decimæ prægrauetur. Sed certe, vltra quod in hoc casu non tam conductoris, aut venditoris fauor, quam regi fisci inspiciendus est, is enim fuit harum legum scopus, vt diximus supra in præfatione. numero. 32. nullibi relatum, vel auditum est, quod regiorum tributorum conductores promissa alijs concessa de suo erogent: fuit enim semper ipsius fisci locatoris onus, cum quo contrahitur, nisi aliter speciali conditione conuentum sit, nempe vt licitator, in quo tandem conductio remanserit, promissa anterioribus concessa soluere teneatur de suo, vltra pretium principale fisco soluẽdum: quo casu tantum abest, quod promissa deducantur é pretio ad illius summam minuendam, quod potius pretium augeant, iuxta notata in. l. fundi parté. D. de contr. emp. cum late traditis sup.. c. 15. & preterea dato, quod aliqua-

aliqualis maior ratio esset, vt promissa non deducantur in adiectione quarti, quam in solutione regiæ decimæ, nō ideo ijs casibus diuersum ius inducendum est sine iure & ratione aliqua necessaria, qualis nulla est: prout aliás in quartis partibus adiectionum decisum extat in.l.3. tit.13. lib.9. Recop. cū æqualiter in illis duobus casibus ex bene fundata iurisprudentia comprobauerimus ex ijs, quæ hucusq; diximus, promissa locationum aut venditionum, earundem pretia non minuere, sed longe aliter ac seorsum iudicari. Et proinde fit cōsequens necessarium, vt absque eorum deductione ex toto pretio per emptorem oblato, siue conuento regia decima soluenda sit, obseruata decisione text. in.d.l.1.ibi. *De todo el precio*.titul. 17.lib.9. Recop.

25 Num.25.ibi.ex.l.& si æquō. cum notatis.de leg.1.adde: &.l. si cui legetur. aliás. l. si fideiussor.§. meminisse.eo.tit.

In eo. numer.ibi. hæredem, vt sibi vendat.adde: vt optimé tradit Baldus in dicto.§.meminisse.

27 Num. 27.ibi. tradit.l. si hæres.D.de actio.empti.adde: &.l. in numerationibus.in fin.D.de solutio.

In eo.nu. ibi. cap. 18.nu.13. adde: ex quibus dixit idē Bald. in.l.fin.nu.3.& ibi sequitur Salicetus. C. de contrah.emptio. quod licet á persona tertij, in cuius arbitrium pretium venditionis confertur, recedi non possit, iuxta dict.l.fin.cuius cōtrarium obseruatur in vltimis voluntatibus.l.1.& quæ ibi notantur.de legat. et si contingat, quod vltima volūtas dirigatur ad contrarium, veluti si testator iusserit hæredem vendere quanti Titius æstimauerit, Titio non æstimante recurrendū erit ad iudicem, vel virum bonum contra decisionem dictæ l.fin.C.de contrah. empti.quia potius inspicimus causam originis, quæ est vltima voluntas, quam causam secundariam, quæ est contractus venditionis ex dicta.l.si hæres. D.de actio. empti.sed adhuc, vt dixi, in nostra specie, circa regiam decimam contrarium tenendum est: quia, &c.

In eo. num. ibi. quæstio. 2. num. 7.adde: & est optimum argumentum in. l. Athletas. §. ait prætor. ver. siue autem principaliter.D.de his qui notan.infam.

In eo.nu.in fin.ibi.D.de solutio. adde: & vide Socinum consi. 133.nu.5. cum sequenti. volu.1. & Baldum in.l. 1. nu.7. C. communia de lega. & quod tradit

tradit idem Baldus in. l. Cætera. §. final. in fine. de lega. 1. vbi ait, quod si pœnale sit vendere rem forensi, & hæres in testamento damnatus est vendere, testamentum non excusat ipsum á pœna: & facit quæstio disputata per Iaco. Butrigarium ibi.

Num. 31. in fine. ibi. in hac materia tradidimus. adde: & sub eadem distinctione intelligendum est dictum Baldi in. d. l. ciuitatibus. §. eum cui. de lega. 1. vbi ait, quod nihil videtur capere, qui tantundem præstat causa conditionis implendæ: & esse argumentum, quod talis legatarius nihil debeat soluere gabellæ nomine: quiá inquit, non debet extrinseco onere grauari, cùm nihil capere videatur. Immó & hæc eadem distinctio facienda est in ea specie: si quod mihi in diem certum debes, purè legaueris: quiá aut quæritur, quantum eo casu legatum sit; & dico quod tota centum ex. l. verbis legati. in fine. D. ad legem falcid. & suprà diximus numer. 23. atq; ideó, si statuto caueatur, vt decima legati soluatur, tota centum computabuntur ex prædicta resolutione. Aut quęritur, quæ sit illius legati vtilitas, & dico quod solum commodum repræsentationis ex dict. l. verbis. &. §. ex contrario. Instit. de legatis. & tùnc, si statuto caueatur, quod decima legati, quod ad legatarium peruenerit, fisco soluatur, solum illud commodum computabitur ex dicta. l. non amplius. atq; itá quoq; intelligenda & limitanda est resolutio Baldi in. l. seruo fideicommissaria. in fine. D. de hæred. instit. vbi indistinctè ait, quod si de legato debeatur gabella, & dos legetur mulieri, solùm deducitur ex commodo repręsentationis. Tradit idem Baldus in. l. si non designata. num. 4. C. de falsa causa adiecta legato.

Summa capitis decimiseptimi.

1  *Ex loquens in vendítione, non habet locum in permutatione.*

2 *Statutum gabellarum de similibus ad similia trahenda non sunt.*

3 *Refelluntur argumenta Parladorij.*

Exponitur l. 31. tit. 19. lib. 9. recopilat. ibidem.

Add. in cap. XVII.



Vmer. 1. ibi. & vbiq; Doctores notant. adde: prę cipué Baldus in. l. 1. nu. 4. C. de patribus qui filios distraxerũt. vbi tradit, legẽ loquentem in venditione, nõ habere locũ in permutatione. Idẽ Baldus referẽs Speculato-

culatorem in d.l. fin. ver. extrá hoc nota. D. de condict. causa dati.

2 Num. 2. ibi. ad permutationé extéderetur. adde: quamuis generaliter aliàs gabellarum statuta, vtpote quæ ratione careant, de similibus ad similia trahenda non sint, vt ait Bald. in l. 1. numer. 6. in fine. C. quæ sit longa consuet.

3 Num. 3. ibi. l. 1. tit. 17. lib. 9. recopil. adde: & de similibus idem est iudicium cap. translato. & ibi gloss. final. de constitutio.

In eo. num. in fine. ibi. considerata non patitur. adde: cui ibi quitatis rationi, quæ præcipua est, nihil respondet Parladorius lib. 1. rerum quotid. cap. 3. §. 7. numer. 5. in secunda editione, dùm nos acriter & nimia licentia reprehendens ab hac nostra sententia discedit. Quin & similitudinis horum cōtractuū argumentum non benè diluit ex eo, quod in venditione aliud est merx, aliud pretium: in permutatione autem discerni non potest vtrum eorum merx, vel pretium sit, ex nouissima. l. 1. D. de rerum permut. Quam & nos allegauimus suprá num. 1. quià id quidem verissimé dictum est ad hoc, vt intelligamus permutationis contractū vnum negotium esse, & ab emptione & venditione distinctum, vt diximus suprà isto capite. d. num. 1. át reali & verbo illius contractus affectu, considerato, quasi duplex venditio est, ac proinde ex permutatione duplicem gabellam deberi diximus suprà in eodem. nu. 11 per tex. in allegato. l. sciendum, ver. sed si quis permutauerit. D. de ædilit. edicto. vbi dicitur, quod vterq; ex permutantibus emptoris & venditoris loco est: ac proinde necessaria ratione 4 fit, vt sicùt in venditione, iuxtá pretij recepti quantitatem regia decima soluitur, itá & in permutatione, iuxtá æstimationem receptæ rei solui debeat. Nec negotium facessit tex. per Parladorium allegatus ib. d. 1. 11 tit. 19. lib. 9. recop. ibi, *que le pague el alcauala de lo que montare lo que assi vuiere vendido, o trocado.* Nulla enim alia verba sunt in ea lege, quæ ad rem istam facere videantur: quia (vt vides) nihil probat: nám sicùt illa verba, *lo que montare lo que vuiere vendido*, velit nolit Parladorius, intelligenda sunt, iuxtá pretij recepti siue conuenti quantitatem: itá & alia verba adiecta, *o trocado*, similiter debēt intelligi, iuxtà receptæ rei æstimationem. Quo vero supposito laudáda illatio est, quam fecimus infrá nu. 15. isto. capit. Quicquid eam

Parladorius non rationibus, sed maledictis inuasetit, á quo dum amphora cœpisset institui, vrceus exiit.

4 Num. 4. ibi. id clarum est ex prædictis. adde: intelliges auté & quidem veré, eo casu venditionem esse, quando pecunia pro aliquo genere data foret: veluti si tibi pecuniam dedero, vt decem corbes frumenti mihi dares: quo sanè casu, vt dixi, vẽditio erit: quià licet contrarium videretur propter verbum dares, quod est rem accipientis efficere, id quod videtur contrà naturam venditionis esse ex. l. ex empto. D. de actio. empti. & quę diximus suprà cap. 1. nu. 1. & notant Doctores in. d. l. fina. D. de condict. causa dati. ad húc determinatum fuit, quod esset venditio, & gabella tanquam ex vẽditione deberetur, vt refert Albericus. 1. parte statutorum. quæst. 200. incipit. quæritur etiàm si statuto caueatur. Et est ratio, quià licet dare non sit de natura venditionis, tamen est de natura rei promissæ: quià qui tenetur ad genus vel ad quantitatem, tenetur facere rem accipientis. l. qui concubinam. §. si hæres. delega. 2. & notatur in. l. 2. D. si cert. pet. refert & sequitur Matthæus de Afflictis tit. quę sint regalia. ver. vectigalia. nu. 192. in vsibus feudo. si veró permutationem esse mauis, &c.

11 Numero. 11. ibi. rusticos & agricolas. adde: aut cúm triticum vetus pro nouiore do renouandi causa, iuxtà tex. in. l. item si fundi. ver. seminarij. & ibi glo. ver. renouare. D. de vsufructu.

In eo. numer. in fine. ibi. natura satis constat. adde: quam optimè explicat Carol. Molinæus de vsuris. in principio. numer. 17.

14 Num. 14. ibi. l. ideó. D. de eo quod certo loco. adde. l. pretiarerum. §. fina. D. ad legem falcid. estq; eiusdem sententiæ D. Nauarrus in Manuali. in commentarijs ad tex. in cap. fina. de vsuris. num. 14. vbi hoc extendit ad eum casum, quo ego nunc non haberem illud genus: quod pro tuo datui us offero, si modò illo tempore, quo me daturum esse dixi, obtulissem: quià interim contractus valet, & vera permutatio est, & quidem perfecta, cúm res posteá fuerit ex vtraq; parte secuta, vt ille aduertit, & nos diximus suprà isto capite. numer. 3.

15 Num. 15. in fine. ibi. §. sed si facio. D. de præscrip. verbis. adde: vides ergó quot quantaq; subintelligi velit Parladorius, & non difficulter colligi ex sua doctrina, de qua suprà isto cap. num.

num. 8. dúm in vniuersum dixit, quod si genus pro eodem genere detur, putà vinum pro vino, mutuum est, ac proinde nullam gabellam deberi: itá quidem ille testatur lib. 1. rerum quotidia. cap. 3. §. 3. nu. 12. in secunda editione. Sic sua laudans, & nostra diminuens, ac si sine iudice loqueretur. Sed iudicate vos (lectores optimi) nó solúm in hoc, sed & in alijs omnibus, quæ frustrà in secunda illa editione conatur defendere. Nám 16 si odij abesset suspicio, prout abesse velim, solius veritatis studio ductus facile in præsentiarum ostenderem, circà rem hanc non minùs falli lapsúmq; esse prædictum Parladorium in secunda editione, quàm in prima. Etenim dúm vim totá suæ distinctionis constituit in eo, quod dederis rem, vt tantúdem in præsenti recipiam, vel posteá in futurú: dicens, primo casu permutationé perpetuo, esse, in secundo mutuum, errore labitur: nám & permutatio esse potest in eodem genere, quáuis non vtrumq; genus statim, sed vel alterú posteá detur, vt dixi suprà nu. 14. in his additamétis. veluti cú triticum meum vetus do, vt nouú posteá des in messe renouandi causa, iuxtá tex. in l. item si fundi. D. de vsufructu. vel si núc in mense Aprili triticum meum rubrum dedero tibi, vt albius & purius des mihi posteà in mense Septembri ad seminandum: quibus casibus, cum non de officio mutuandi & tuæ necessitati succurrendi, sed de re mea alienanda & tua adquirenda tractetur, nulli dubiú esse potest, quin vera & legitima permutatio contrahatur, & regiæ decimæ locus fiat ex suprà resolutis, cum traditis suprà cap. 2. nu. 20: sed de his nimis.

Num. 16. ibi. cuiusq; rei æstimationem. adde: & sic in pecunia numerata, licet species vel genera permutentur secúdúm ea, quæ supra diximus. Cuius contrarium in decima executionis obseruatur, quæ non omninò in pecunia, sed in ipsa re debita soluenda est: itá vt, si pro pecunia executio fiat, in pecunia: si pro vino vel tritico oleo vé, in eodem genere decima solui debeat, vt bené aduertit Io. Parladorius lib. 2. rerú quotid. cap. fina. 6. parte. nú. 4. fiet autem æstimatio cuiusq; rei permutatæ per bonum virum, &c.

In eo. nu. in fine. ibi. ve r. vel ab altero. adde: sed & præterea aduerte, quod illa æstimatio fieri debet, iuxtá tépus permutationis cótractę, id est, secundú valoré rerum tépore permutationis inspecto, licet posteá quo tempore æstimátur illæ res, vel iám creue-

creuerint, vel diminutę fuerint quóad ęstimationem, vt rectè notat Baldus in. l. si idem. §. si vna. numer. 2. D. de iurisd. omni. iudi. dicens per illum tex. quod si decimum committitur ex forma statuti secundúm valorem rei, intelligitur rectè solutum, licet res posteá creuerit quóad ęstimationem. Et generale est, quod tempus contractus inspiciatur. l. si voluntate. C. de rescin. vend. l. 3. cum concord. C. ad Macedo. & l. ex mille. §. 1. D. de euictio.

17 Num. 17. ad finem. ibi. con. 340. lib 3. adde: & expresśim tenuit idem Baldus in. d. l. 1. num. 4. C. de rerum perm. dicens, quod si statutum dicit, quod de qualibet permutatione soluatur gabella, & res in pretium alterius detur, scilicet á partibus ęstimata, gabella debebitur tāquam ex permutatione, nec vt venditio erit iudicandus ille cōtractus.

18 Num. 18. ibi. l. 4. §. totiens. nu. 1. adde: Matth. de Afflictis tit. quę sint regalia. ver. vectigalia. nu. 143. in vsibus feudorum.

In eo. nu. ibi. valdé mihi placet. lege: valde notanda est, itá quod isto casu, &c.

In eo. nu. ibi. non. teneretur. propterea quod, &c. Sic lege: nō teneretur, si verum est, quod illius iuris venditio non valet, ex tex. in cap. abolendæ, &c.

In eo. nu. in fine. ibi. ex ijs, quæ diximus. adde: sed profectó in hoc exemplo Ioannis de Imola, de quo agimus, scilicet cùm rem meam dedi pro iure sepulchri, nùnc aliter sanctio: quiá verè ius illud & profanū est, & vendibile, vt laté resoluimus suprà dicto cap. 14. numer. 5. ac proinde fiet, quod eo casu, qui rem dedit, necessarió teneatur ad gabellam, quiá permutatio valida est, & ius sepulchri, quod loco pretij ab eo recipitur, facile æstimabitur, iuxtá loci consuetudinem: Cæterùm qui ius sepulchri dederit, ab eo munere excusabitur, eo quod licet pro pecunia vendidisset, ad gabellam non teneretur ex præiudicata praxi, de qua suprà cap. 9. nu. 41. cum ijs, quæ superiús aduertimus dicto cap. 14. nu. 5. in fine. in additione.

Rursùs circa æstimationem rei permutatę faciendam ex. d. l. 2. recop. notandum est, quod tradit Angelus in. l. in falcidia placuit. 9. D. ad leg. falcid. népé, quod quando cuiusq; rei valor æstimandus est, ex prægnantia augeri non debet: ex quo infert ad statutum Florentiæ disponens, pro legato solui debere gabellam secundúm rei valorem, quiá si legatur vacca prægnans, quæ cariùs vendirur

propter

propter fœtum, tamen illius quantitatis consideratio haberi non debet, sed contributione pretij facta computandum est, quod ipsa per se valet separato fœtu, iuxtà.l.si quod ex Pamphila.de lega.2. refert & sequitur Matthæus de Afflictis tit. quæ sint regalia. ver. vectigalia. nu. 142.in vsibus feudorum. Quod in nostra materia magni momenti erit, si fortè oues aut vaccæ, vel quælibet alia animalia prægnantia permutentur, quæ propter fœtum cariùs æstimari debuissent. Sed certè hoc iudicio meo minimè in praxi recipietur: est enim innatius quædam & philosophica distinctio, quæ veritatem vulnerat, rerum autem æstimatio ex veritate facienda est. l. in falcidia. 42. D. ad legem falcid. nec obstat tex. in. d. l. in falcidia placuit. D. eo. titul. quiá specialiter loquitur in muliere, quæ propter periculum patiendi, non videtur pretiosior esse eo quod grauida sit, vt notat Alciatus in l. non est pupillus. D. de ver. signifi. & agit Abbas in capite. quod in te. nu. 8. de promit. & remissio. Secùs in alijs animantibus, quæ ex prægnantia cariùs æstimantur: & vtcumq; ęstimetur, in ciuile esset æstimationē diminui ad gabellæ computationem, in nostro casu, vel ad hęreditatis seú bonorum æstimationem in specie dictæ. l. in falcidia placuit.

Deinde nota, quod sicút vendito vsufructu regiam gabellā deberi diximus suprá cap.2.numer.50.& cap.4.nu.30.& cap.9.nu.41. itá & eodem vsufructu permutato gabella debebitur, nulla enim prohibet iuris ratio: nec de hoc vlla dubitatio est. Erit autem nec iniusta, si quæratur, qualiter ad deductionem illius decimæ, vsusfructus æstimatio facienda sit: & in simili statuto iubente de legatis quotam partem gabellæ solui, communiter Doctores dicunt æstimandum esse iuxtà.l.hęreditatum.D.ad leg.falcid. prout ibi notat Bartolus in fine.& explicat Pau.Castrensis.tradit Baldus in.l.cúm hi.§. nihil autem. in fine. D.d. transact. & refert & sequitur Rodericus Xuarez in.l.quoniam.ampliat.3.C. de inoff.testam.

21 Num.21.ibi. 2.tomo.varia. cap.2.adde:num.10. & Castellus in.l.70.Tauri.ver.vendida. in additione, post Montaluum in.l.13. ver. camiar. tit. 10.lib. 3.fori.

22 Numer.22.ver.igitur.ibi. si pretium pręponderet, venditio sit.adde:argu.tex.in.l.quæritur. D.de statu homi.itá tradit Tiraquellus,&c.

23 Num.23.in fine.ibi.intelligi & practicari. adde: nec obstat tex.in.d.l.quæritur. D. de statu homi.vbi Hermaphroditus talis esse iudicatur, qualis est sexus, qui in eo præualet: per quē tex.idem obseruandum esse in contractibus Doctores dicunt, vt suprá diximus, & dicemus infrà isto capite nu.52. nàm respōdeo, quod dicitur in.d.l. quæritur. Ideó procedere, quià illa pars potentior trahit ad se aliā partem ratione coniunctionis inseparabilis: etenium si ille Hermaphroditus homo est propter incalescentem virilem sexū, impossibile videtur quod simúl fœmina esse posit; vel é contra: át verò in quæstione nostra quælibet pars istius contractus discerni potest, & per se ipsam considerari: videlicet, quod quatenús habet conformitatem cum permutatione, permutatio fit, & duplex decima ex ea parte soluatur: quatenús veró venditioni congruit, venditio esse iudicetur, & non nisi vnica gabella solui debeat, prout optimè circà Laudimiū docuit Cynus apud Baldum, quem & ipse sequitur in.d.l. quæritur.in.3. lectura. quorum sententia & iuri consona est, & per dictam legem regiam, eiusdem simúl decidendi ratione detecta, satis confirmatur.

Num.24. ibi.ex traditis suprá in dicto.nu.3.adde: & certum est, quod fundus iste meus proportionabiliter intelligitur datus pro fundo & pecūnia tua, argu. glossæ optimæ in. l. si ex falsis. ver. firmis. ibi. videtur quod pro pretio.& quæ ibi Baldus eleganter notat ex nu.12.C. de transactio.

In eo.nu.ibi.quatuor centū aureos.lege: quadringentos, & infrá in alijs locis.

27 Num.27.ibi.tit.16.lib.5.recop.adde: & vide Baptistam Villalobos cum Olano in antinomia.litera.A.nu.27.& eosdem litera.P.nu.28.

41 Num. 41.ibi. quæ res valde differant.adde: ex traditis suprà cap.13.nu.5.

In eo.nu.ibi. Angelo in.l. 1. C.de pactis pigno.adde: vbi Baldus expressè decidit.nu.3.& ex alijs resoluit, &c.

42 Num.42.ibi.de retra. ligna. §.1.glo.14.nu.142.adde: dicens, quod si statuto caueatur, vt ex quolibet contractu, ex quo alicui quæritur ius, soluatur gabella præter quam de instrumento solutionis: & eueniat, quod tibi eram obligatus ad vendendum primò tibi fundum, atq; ideó vendidi, & de hoc instrumentum factum est: si quæratur an ex hoc instrumento venditionis debeat gabella solui

vel

vel detrahi, videtur casus in d. l. si pupillus. Quod non: quia in hac specie duæ causæ concurrunt, scilicet solutio antiquæ obligationis, qua tenebar vendere, & nouus cõtractus, nempè ipsa venditio. & in concursu duarum causarum inspicimus quod minuit falcidiam, ergó idem in gabella. Sed certé Bartolus loquitur in speciali statuto, quod apud nos non est: nos vero loquimur, quãdo generaliter de quacumq; venditione debetur gabella. Vnde cú in terminis nostræ quæstionis, siue præcedat obligatio de vendendo, siué non, si tamen postea venditur, negari non posset veram venditionem esse contractam, dubitari non licet regiæ decimæ locum fieri: quià quatenùs venditio est, lex onerat contractum, & quatenús præcedentis obligationis solutio aut liberatio est, immunitatem non concedit, prout aliás concedit statutum, de quo Bartolus vbi suprà: & hæc eadem resolutio procedet, si post pactũ de vendendo, rei traditio aut pretij solutio, &c.

42 Numer. 42. in fine. ibi. sing. 698. adde: & quæ in terminis. l. 30. tit. 19. lib. 9. recop. dicemus infrá cap. 21.

44 Num. 44. ibi. cap. 8. in prin. adde: & videtur voluisse Baldus à nemine allegatus in. l. obseruare. §. post hæc. nu. 8. ver. decimó. in fin. D. de officio procõ. dúm allegat tex. in. l. ex placito. C. de rerum permut. Quæ est præcipuũ Anto. Gom. fundamentum in prædicta sua sententia, vt statim explicabo: allegat (inquam) Baldus ad hoc, vt in quæstione ab eo preposita dicat gabellam soluendam esse gabellario, qui fuisset tempore conuentionis, & in loco vbi conuentum est, & non gabellario & loco eius temporis, quo ratihabitio secuta sit: innuens idem dicendum fore & quidé clariús in terminis dictæ. l. ex placito. C. de rerum permut. eo quod ex conuentione magis, quàm ex implemento agendũ sit. Ego veró, &c.

In eo. nu. ibi. tenet glo. in. d. l. ex placito. adde: circà quam latè agit Baldus ibi ex nu. 1.

46 Num. 46. in fine. ibi. vt veré præsens est. adde: nec satisfacit argumentatio, per quã diruere se putat nostra fundamenta prędictus Parladorius dicto. §. 3. nu. 33. in secũda editione. Dicens, quód cum pactum de permutando efficaciter obliget iure regio, ac proinde necessarió sequi debeat permutatio, non finis, sed principium inspiciendum est ex notatis per doctores in. l. 3. §. 1. D. de minoribus. cuius re-

gulæ nos quoq; meminimus supra cap.3.nu.23.& cap.5.nu.31. quià respondeo, illam regulam locum habere & posse procedere in hac materia, quando finis sic principio adiungeretur, vt vnum & idem negocium esset, secús si diuersa negocia sint: quià túnc vnumquodq; negocium per se iuxtà suam naturã considerari oportet. Etenim si promisi vendere, & post quinquennium vendidi, quis dubitat, quin regium vectigal, & quidem eo tempore & gabella riistúnc existentibus, cúm venditum sit, solui debeat? non autem tẽpore promissionis: quià non ex promissione, sed ex venditione debetur vt diximus suprà isto capite nu. 41. cum sequenti. Nec diuersa ratio est in pacto de permutando ex supra resolutis, quiá non ex eo placito, sed ex permutatione ipsa postea secuta rebus hinc inde traditis gabella debetur: sunt quippe diuersa negocia pactum de permutando, & permutatio sequens secundúm distinctionẽ nostram, de qua suprá isto capite num.36.cum sequenti. Et in vtroq; pacto ęquè necessaria cõsequentia est, vt vendatur & permutetur, cum vtrumq; efficax sit iure regio, vt iam diximus suprà hoc eodem capite. num.30.cum sequenti. Præsertim, quià si rem istam volumus radicitús intelligere, clarissimè apparebit telate argumentationis fallacia, qua prædictus Parladorius & se ipsum & Anto.Gometium ab animaduersione nostra conatur defendere: si quidem obseruata regula dictę. l.3.§.1.D.de minoribus. Potiús dicendum erat in specie dictæ l. ex placito. Nullam gabellam deberi: eo quod si principium inspiciamus, prout inspiciendum esse inquit ille auctor, nõ nisi pactum de permutando inuenie mus, ex quo certum est gabellam permutationis non nasci, quià non est permutatio. Quo sané arguendi modo ex eadem iuris regula securè resoluit idem Parladorius.d.lib.1.rerum quotid.cap.3.§.2.num. 29. in secunda editione. Quod quauis in specie. l. Modestinus.cũ similibus.D.de solutio. Vera & propria actionum venditio esset, quę vulgó *carta de lasto* appellatur, vt laté resoluimus suprà cap.9.ex prin. nullum vectigal deberetur ex ea venditione, quià talis venditio necessariam consequentiam habet ad illam obligationem, qua creditor tenetur soluenti debitori in alios correos actiones cedere, aliàs exceptione cedendarum repellendus.l. fideiussoribus.D. de fideiusso. Et passim vtitur ea regula

gula ille auctor ad multarum quæstionum decisionem, vi & effectu ipsius non satis percep-tis: quó factum est, vt ad contrarios effectus vnum & eandē regulam applicuerit, vt ex suprà animaduersis satis apparet. Nè igitur decipiaris, videamus speciem tex. in d. l. 3. §. 1. D. de minoribus. Quæ talis est: minor viginti quinq; annis damnosam adiuit hæreditatem, maiorq; factus exegerat aliquid à debitoribus hæreditarijs, ac deinde desiderabat aduersús hęreditatis aditionem restitui: ei veró ex aduerso contradicebatur restitutio, quasi maior factus exigendo debita hæreditaria, volens comprobasset quod minori sibi placuerat: & respōdet I.C. restituendum esse in integrum initio inspecto, hoc est, inspecto tempore aditionis, ad uersús quam restitutio postulatur, & non effectu exactionis secuto. Ratio est, vt ibi glossa & Doctores intelligunt, quiá cúm sequens actus litis proposita aduersús debitores hæreditarios necessarius esset, ex eo enim quod factus est hæres, necessarió debebat exigere debita hæreditaria, non potest dici ad confirmationē prioris actus, nempè hæreditatis aditionis fieri, sed ad executionem, atq; ideó competit restitutio secús autem foret, si voluntarium aliquem actum confirmationis efficeret iàm maior factus, vt quià forté rem hæreditariam non perituram venderet, quò facto quis videtur se pro hærede gerere. l. pro hærede. §. proinde. & l. si quis mihi bona. §. sed quid. D. de acqui. hæred. vel potiús aditionem hæreditatis, quā in minori ætate agnouisset, nūc denuó expresse ratificasset: quià túnc sine inspecto, quasi iterúm maior factus adiisset, restituendus non esset. Et hoc est, quod tradit ille tex. & communis Doctorum schola, præcipuè Bartolus & Baldus ibi. Cęterúm si in specie dictę. l. 3. §. 1. in fine. D. de minoribus. Cúm minor ille iàm maior factus litem moueret aduersús debitores hęreditarios, aliquid contra se committeret omisione vel facto, & aduersús hoc restitui desideraret, quis diceret restituendum fore inspecto principio, eo quod litem illam moue re necessariam consequentiam habuisset ad illud principium? nemo quidem: quià cum illud factum esset distinctum & separatum ab hęreditatis aditione, quę in minori ętate facta est, de per se deberet considerari non tantùm ille error, sed & ipsa lis mota: & cùm in maiori ętate vtrumq; obuenerit, nulla erit

erit causa restitutionis. Praetereà, (vt ad nostram materiam propriùs accedamus) si secundùm formam statuti ex qualibet lite deberetur gabella, & non ex hæreditatis aditione, prout de litium decima fisco soluenda, est tex. in. §. hæc autem. Instit. de pœna temerè litig. & meminimus suprà in præfatione num. 9. dubitari non posset, quin in specie tex. in. d. l. 3. §. 1. ex lite de qua ibi, scilicet aduersùs hæreditarios debitores mota, gabella deberetur inspecto litis actu & fine, non autem aditionis hæreditatis principio, quià diuersa negocia sunt, quãuis vnius ad alterum necessaria consequentia fuisset. Quemadmodum quoq;, vt multiplicatis exemplis res clarior fiat, si testator iusserit hæredem suum vẽdere, iuxtá tex. in. l. & si equo. delega. 1. iustè resoluimus sine controuersia, hærede posteá vẽdente gabellam deberi inspecto actu & fine venditionis, nõ principio testamenti, quamuis venditio eo casu necessariam consequentiam habeat ad testamenti obligationem, vt latè diximus suprà cap. 16. nu. 27. & per consequens eo casu his gabellarijs, qui núnc tempore venditionis fuerint, soluenda erit, non autem illis, qui tempore mortis testatoris, quo testamẽtum fuit confirmatum, extitissent: prout & in nostra quóq; quæstione faciendum esse diximus, quippe quæ diuersa negocia sint finis & principium. Et quamuis per finẽ non alteretur principiũ, quia habet necessariam consequentiam, tamen finis ipsa, si diuersus actus est, per se solum considerari debet, vt in exemplis suprà propositis. Secús autẽ erit, prout, &c. (Prout iàm dixi) quando finis & principium itá per vnionem seu causæ continuationem coniungũtur, vt vnum & idem factum esse videatur, veluti in specie tex. in. l. damni infecti. §. Sabini. cum ibi notatis per Bart. & Doctores. D. de damno infecto. vbi ictus & casus inde secutus vnum & idem factum esse intelligitur, quià prima causa principij vsq; in finem operatur: prout & vno eodemq; tempore factum esse cẽsetur, quod vna hominis ira, vnoq; impetu & calore factum est, licet horæ interponantur, vt ait tex. in. l. quod ait lex. §. quod ait. D. de adulterijs. Et patet etiã ratio ad tex. in. l. ait lex. ver. quod si mortiferé. & l. ità vulneratus. in princi. D. ad legem Aquil. latiùs quidem in huius articuli resolutione euagatus sum, quám volueram, sed vtilitas rei ac pariter difficultas me detinuit.

50 Num.

50 Num.50.ibi.quæstio.9.nu. 30.adde:& Mascharдus de probatio. 1. tomo. conclu. 569. ex num.3.

51 Numer.51.ibi tanquam ex venditione non debeatur. adde:sunt quippè diuersi contractus.l.cùm ea quæ. & ibi Bald. & glo. C. de transactio. vt expressè,&c.

In eo.numer.ibi.in.l.per diuersas.C.mandati. adde: quod tamen ego non reperio, vbi ait,&c.

53 Numer. 53.ibi.iuxtà.l. si & rem.D.de petit.hæred.adde:vel ex ea pecunia res aliæ comparatæ fuissent, iuxtà.l. Imperator. in fin.cũ lege seq. delega.2.vbi ex eadem ratione vna res pro alia vice permutati dominij restituitur: & tamen nulla verè permutatio est.

54 Num.54.ibi.l. nummis. D. de in litem iura.adde:cúm nota tis per Bald.in.l.cum pro eo.numer. 7. C. de sent. quæ pro eo quod interest.

In eo.nu.ibi.eleganter notauimus suprà.nu.13.adde:ac proinde nullum iuris effectum resultare. l. obligationum substantia. in fine. D. de actio. & oblig.

In eo.nu.ad finem.ibi.constiterit, seruandum erit.adde: scilicet nisi ex celeritate actuũ, vel ex immoderata liberalitate fraus præsumatur, argu.tex.in.l. si venteri.ad finem.D.de priuil. cred. &.l.omnes. §.Lucius.D. quæ in fraudem cred. cum notatis per Bald. in. l. eam quam, nu.40.C.de fideicommissis.

In eo.nu. in fine.ibi. ex suprà resolutis.adde:& habebunt locum quæ circá fraudem de contractu ad contractum infrà dicemus,cap.21.

Summa capitis decimi octaui.

4 *Deputati ad locationem gabellarum, non possunt eas conducere.*

9 *Declarantur l.3.tit.4.& l.5.tit. 8.lib 1 recopi'at.*

11 *Tutor aut curator gabellas non potest conducere: & si de facto conducat, falsi crimen incurrit, quod est speciale.*

Publicanus tutelæ excusationem habet iure regio, licet aliud est iure communi ibidem.

Quæ dicta sunt in hoc numero, de gabellarijs maioribus intelligenda sunt, non de minoribus ibidem.

13 *Gabellarius habet ius in re, & tã quam procurator communis siue regius poterit vti omni iure communis seu regis.*

Public

Publicanus dicitur dominus vectigalium, ratione praeminẽtiae & gubernationis, licet verè dominus nõ sit. ibidem.

Exponitur l.3.§.1.D. de publica. ibidem.

14 Commune, quod primo locauit vectigalia, non potest à secundo gabellario aliquid exigere.

Ponderatur l.1.C. quibus mune. excusant bi. lib. 10. ibidem.

19 Licet remitti possit satisdatio ad alium locum diuersum à loco gabellarum, vterq; tamen locus esse debet sub vno & eodem domino.

20 Si quis certum pretium obtulit in vno reditu, & aliud in alio, & tertius offerat pretium maius in vtroq; simul, non valet haec vltima oblatio.

Exponitur l.50. in quat. gabell. quae est l.17. tit.11. lib.9. recop. ibidem.

21 Locatio vectigalium duas vltimas addictiones habet, in prima quaelibet auctio recipitur: in secunda autem non nisi decima aut dimidia decima.

Sed àn maior auctiõ, quam decima, vel dimidia decima: aut maior quarta parte fieri possit, ibidem disputatur.

Promissa dari possunt ante primam addictionem, secùs autem postea, ibidem.

Quid si post secundam addictionem, auctio fiat cum aliquo promisso, àn auctio valeat, quamuis promissum valere non possit. ibidem.

Tres menses dati ad auctionem quarti, nonaginta dies habent, nec dies finalis addictionis computatur. ibidem.

23 Latè disputatur, àn leges gabellarum, & earum fauores praedicari debeant in gabellis dominorum.

27 Ponderatur conditio. 6. in nouis gabellarum puntuationibus.

30 Omne pactum initum per officiales gabellarum contra solitũ modum locandi, est nullum, quia intelligitur data potestas, vt locent more solito.

31 Gabellarius, contra quem auctio quarti facta est, potest pro tãto gabellas retinere.

Quarti auctio vel alia quacunq; fieri potest coram solo tabellione. ibidem.

32 Causae gabellarum quando executiuae sunt, vel non, latè disputatur.

Expenditur l.27. tit.6. lib.3. recop. ibidem.

Copia venditionis à tabellione tradita gabellario, non est sufficiens ad executionem pro gabella contra venditorem. ibidem.

34 Sufficit, quod solus venditor, aut solus

tos. C. de censibus & censitoribus. lib. 11. ibidem.

Sed an interim, quod reuidetur illa distributio, exequi possit, ibidem.

Distributio gabellarum á quocumq; populo fieri potest, prout sibi magis placuerit. ibidem.

92 *Si quis populus partem sibi distributam in generali capitatione non soluerit, an reliqui populi teneantur, resolui tur.*

Et qualiter si quis populus durā te capitatione minuatur, eius portio minui debeat, remissi ué. ibidem.

Si ciuitas capitatā gabellas locasset, & ipsa aliquid vendat, àn teneri debeat gabellario, vel non, latè disputatur. ibidem.

Si populus capitatus priùs de gabella conueniat, quam venditio ipsa contracta sit à paciscente, restitui nō poterit propter modicam quantitatem sibi ex conuentione solutam. ibidem ver. rursus.

Si officiales concilij malè in prædicta conuentione versentur, aduersus eos concilium aget. ibidem.

Ciuitate aut loco capitatis, àn rectores capi possunt pro debito gabellæ non soluto, etiàm si nobiles sint. ibidem ver. prætereà.

96 *Si episcopus habeat gabellas alicuius loci, an in causis earum ad Regem appelletur.*

Addi. in ç. XVIII.

1 NVmer. 1. ibi. §. qui maximos. numero. 1. D. eo. titul. adde: quem refert & sequitur Baldus in. l. si ea lege. in fine. C. de vsuris.

Num. 4. in fine. ibi. dicemus infrà. nu. 14. adde. quod limitā dum videtur, nisi ille officialis concilij aut decurio, qui eas gabellas ità conduceret, ex ijs esset, qui ad earumdem locationem deputati forent, *bazedores de rentas* vulgo dicimus: túnc enim prædicta locatio siue conductio nulla esset ex doctrina Baldi in. l. quisquis. numero. 2. C. si cert. pet. vbi inquit, quod si officialis emit ex officio, quod administrat, putá venditores gabellarum per cōmune deputati gabellas emunt pro se ipsis per interpositam personam, contractus non valet, immó officialis punitur ex. l. non licet. D. de contrahen. empt. adeó quod si sint plures officiales, vnus pro altero emere non potest, etiàm palám & iusto pretio; & hoc

propter

propter vim repræsentatiuam, quia immediaté ille deputatus repræsentat rempublicam, & sic inter ementem & vendentem non esset distinctio personarum, prout necesse est, & notatur in l. 1. C. de contractibus iudi, & ibi glossa.

8 Num. 8. ibi l. 14. tit. 16. lib. 9. Recop. adde: de quarum legũ iustitia, & similium videndus est Ant. Gometius, 3. tomo. varia, de delictis. cap. 10. nu. 7.

9 Num. 9. in fine, ibi. nu. 66. adde: & vide Auend. de exeq. mand. 1. parte. cap. 1. nu. 3. ver. sextus casus est. nec obstat tex. in. §. 3. ibi. *Aunque no obtenga sentencia, ni llegue el negocio a ella*. tit. 4. lib. 1. Recop. per quam in prędictis etiam legibus aliud voluit Io. Gutierrius in practicis. lib. 1. quęstio. 9. & 10. quia cúm prædicta communis limitatio ad eas leges regias iure fundetur, ex traditis per Doctores suprà relatos, speciale erit in decisione illius. l. 3. tit. 4. lib. 1. Reco. nec ad alios casus extendi debet ex regu. odia. de reg. iuris. lib. 6. quin immó & eodem modo limitanda erit decisio tex. in. l. 5. tit. 8. lib. 1. Recop.

11 Num. 11. in fine. ibi. D. de iure fisci. adde: quin immó in proposito illud nota, quod nedúm ipsi minores á gabellarum locatione repelluntur, sed etiàm ipsorum tutores aut curatores cõducere prohibentur ex toto tit. C. ne tutor. vel curator. vectigalia conducat. Vbi notat Baldus, quod si de facto conducant, falsi pœnam incurrunt, eo quod bona sua pluribus in solidum obligent: & est speciale in hac materia, quiá in alia vel crimen stellionatus committitur. l. 3. D. de crimi. stellio. refert & sequitur Matthæus de Afflictis tit. quæ sint regalia. ver. vectigalia. numer. 135. in vsibus feudo. propter quod & ipsi gabellarij excusationem habent, nè inuiti tutelam suscipiant ex decisione Regia in nouis gabellarum punctuationibus cap. 22. & cap. 23. & voluit fortassé tex. in. l. 14. iuxtà Grego. ibi. verb. *obligado a el Rey*. titul. 16. part. 6. quicquid aliud iure communi esset. l. spadonem. §. qui vectigal. D. de excus. tuto. istud veró de principalibus conductoribus gabellarum intelligendum est, non de minoribus, iuxtà notata per Bart. in. l. 1. C. quibus muneribus excusan. lib. 10. quia cessat ratio prohibitionis, quæ in fauore fisci consistit, iuxtà ea, quæ in sequenti quæstione latiús dicemus. nu. 12.

13 Num. 13. ibi. l. 1. nu. 7. & 8. C. eo. tit. adde: & est communis Doctorum sentẽtia, vt testatur

 Decius

Deciusin.l. ij. apud quem nu. 4. & in.l.fina.nu. 12. C. de edendo. resoluit Mascardus de probatio. 1. tomo conclus. 393. numer. 17.

In eo.nu. ibi.l. 6. tit. 8. lib. 1. fori. adde: & facit dictum Bartoli in.l.in prouinciali. §. si ego. num. 4. D. de noui operis nunciat. Vbi inquit, quod emens gabellarum reditus á communi, statim habet ius in re, & tanquá procurator communis poterit vti omni iure communis: est enim procurator in rem suam, vt est glossa notabilis, quam ibi ponderat Ludouicus in.l. 1. §. hic titulus. ver. pendant. D. de publica. refert & sequitur Matthęus de Afflictis vbi suprá. ver. vectigalia. nu. 114. & notat Castellus in.l. 13. Tauri. ver. *veynte y quatro horas*. in prima additione in princip. adeó quod vectigalis dominus dicitur ratione præeminétię & gubernationis, quamuis verè dominus non sit, vt notat Ant. Capicius decis. Neapolit. 27. nu[illegible]2. per tex. quem ita intelligit in.l. 3. §. 1. D. de publicanis.

14 Num. 14. ibi. cap. 3. num. 12. adde: & notatis per Doctores in.l. qui admitti. per tex. ibi. D. pro socio. vbi dixit Baldus, quód si quis emit gabellam communis, & posteá vendidit alteri, & iste vltimus emptor si ue conductor exercuit officiũ recipiendo debitum pro gabellis: & contingat, quod ille primus emptor gabellarius effectus sit non soluendo, & aufugiat, non poterit commune habere recursum contrá secundũ gabellarium, quià cum eo non contraxit.

In eo. nu. in fine, ibi. vt dixi suprà nu. 4. adde: pro qua distinctione est tex. elegans in.l. 1. C. quibus muneribus excu. hi. lib. 10. & quod ibi notat Bartolus, prout retulimus suprà nu. 11. in fine. in additione.

19 Num. 19. ibi. túnc enim eadem erit ratio. adde: quià licet satisdatio hæc necessaria sit, vt túnc meliùs existimo, eo quod ex legis dispositione procedit, quamuis voluntariam causam habuerit, nempè conductionis contractum, iuxtá communé distinctioné, de qua per Roder. Xuarez in.l. 2. fori. tit. *de los emplazamientos*. §. 1. incipit. vlteriús quæritur de quæstione quotidiana. per totam, & præcipuè in finalibus verbis, atq; ideó in alium locum remitti possit, tamen non extrà prouinciam, vt ait tex. in.l. si fideiussor. §. si necessaria. D. qui satisd. cog. vbi glo. Bart. & Doctores. & in.l. multis. C. de princi. agentium. lib. 12. ità vt locus gabellarũ, & locus satisdationis licet non sint

sub

sub vno & eodem iudice & magistratu, sint tamen sub vno & eodem domino superiore, arg. eorum, quę notat Baldus in. l. in tempus. ver. & inducitur. D. de hæred. institu. Cætera, quę sint in hoc nu. 19. dele.

20 Núm. 20. ibi. nu. 115. Venetijs. adde: vltrá quem illud elegāter notabis, quod si postquam quis in duobus membris gabellarum diuersum pretium obtulisset, putà decem pro vno reditu, & quindecim pro alio, tertius aliquis licitator accedat; dicēs se dare triginta pro illis duobus reditibus, nō excluditur primus, ex ijs quę notat Baldus in. l. cū duo. D. de in diē addict. vbi per eū tex. ait, quod si venditur clusiū per se, & venditur quidā alius reditus per se, & ego promisi in clusio decem, & in alio reditu quinq; & posteà apparet alius ad bannimēta, & in vtroq; simúl promittit viginti, quod non dicatur ille me superasse, quià non apparet in quo me superauit, vtrū in clusio vel reditu: vnde oportet, quod distinctè & separatè quodlibet per se promittat: quod est optimū ad materiam tex. in. d. l. 50. in quat. gabe. quæ est. l. 17. tit. 11. lib. 9. Recop. Immó & notanda quoq; est. l. 66. eiusdem quaterni, &c.

21 Num. 21. in prin. ibi. locatio vectigalium facta est. adde: scilicet elapso omni tempore auctionibus & hastæ fiscali præstituto, iuxtà notata in. l. si tempora. vbi glo. & Bart. C. de fide instrum. lib. 10. & glo. in. l. 1. C. de vendēdis rebus ciuit. lib. 11. nullus meliorem cōditionem offerēs admittatur, vt notat Bart. in. l. licitatio. in prin. nu. 5. & Doctores cōmuniter. D. de publica. iunctis ijs, quę tradit Auilesius. ver. pujar. in cap. 32. prætorum. & omnes in. l. & si sine. §. quæsitum. D. de minoribus. nec possit tali gabellario auferri conductio, dùm modó pretium soluat tempore statuto, vt tradit tex. vbi Bartolus infert ad gabellarum emptores in. l. 1. C. de administ. rerum publi. lib. 11. quē refert & sequitur Matthęus de Afflictis tit. quæ sint regalia. ver. vectigalia. nu. 179. in vsibus feudor. iure nostro regio aliter se res habet: etenim in locatione regiorum redituum post statuta prçconiorū tempora duæ finales addictiones obseruantur, *primiero y segundo remate* vulgó dicimus. Igitur ante primam addictionem quælibet vel minuta auctio admitti debet, post illám veró non nisi decima vel media decima, scilicet vigesima totius oblati pretij addi potest, vt expressé deciditur in. l. 52. quat. gabella. quæ est. l. 2. titul. 13. lib. 9. Recopilat.

adeó quod ficút minor quantitas admittenda non est ex expressa decisione dictæ. l. 2. nec maiorem quoq; integra illa decima admitti posse vulgó existimatū sit, prout & voluit Greg. Lupus in. l. 33. ver. prometido. ad finem. ibi. & licet secundus licitator plus decimi vel dimidij voluerat etiàm sponte dare, lex non admittit. tit. 26. part. 2. pro quo ponderat. l. 76. in quat. gabel. ibi. *ni maior ni menor*. & cōcordat. l. 6. in prin. dicto. tit. 13. lib. 9. Recop. quæ loquitur in quarti adiectione, de qua infrà dicemus. Quod mihi durum videtur, quin potiùs existimarē, quod si in casibus, in quibus decima vel quarta pars pretij addi poteſt, maior quantitas a volēte licitatore addita sit, rectè valeat & teneat additio, non obstantibus verbis prædictæ. l. 76. in quat. gabe. & dictæ. l. 6. Recop. quià si benè aduertas, ad hoc solum posita sunt, vt officiales nō posśint post vltimam addictionem admittere pretium aliquod minus vel maius, quàm illud pro quo reditus addictus est, præterquam si vel quarta pars totius pretij addita fuerit: quibus verbis non inducitur, quod si plus quarta offeratur, iure non teneat, cùm in maiori summa insit minor. l. 1. §. si stipulanti. D. de ver. oblig. & quāuis prædicta. l. 52. in quat. gabe & dicta. l. 2. Recop. expressè iubeant, quod post primam addictionem nisi vel integra decima pretij vel dimidia admitti non posśit, ad hoc tendunt, vt non posśit minus offerri, plus autem rectè quidem: quià licitans de suo erogat, & reditibus regijs vtile est, arg tex. in. l. cū in testamento. 202. D. de verbo. signi. Adhúc tamen, quod praxis receperit, obseruandum erit, quià illa est optima interpres legum, vt ex Baldo & alijs tradit Hippolytus in pract. crim. §. principium. numer. 5.

Et quamuis in huiusmodi regijs locationibus promissa concedi posśint & debeant, de quorum natura laté egimus suprá cap. 16. nu. 7. id accipiendū & obseruandū est ante prędictam primā addictionem, non autē posteà, vt expressé cauetur in. l. 49. in quat. gab. quæ est. l. 22. tit. 13. lib. 9. Recop. circá quod notabilis est quęstio, quæ hodie in facto accidit, & quotidie potest contingere: ecce membrum aliquod gabellarum addictum est Petro prima addictione procētum millibus marapetinorū, & accedens Ioannes licitator sic ait: quod ipse addit dimidium decimæ, quod sunt quinq; ex cōceśsione dictæ. l. 2.

tit. 13.

titul. 13. lib. 9. Recopil. itá vt sibi duo millia concedantur promissi nomine, quæ promissi peritio & concessio iure regio improbatur ex. d. l. 22. ibi. *antes del primer remate.* Quæsitum est ergó, quid de ealicitatione iudicandum foret, àn scilicet tota licitatio nulla esset, necnè: & multi dicebant nullam omninó esse, quià is licitator non nisi sub eo promisso contraxisset, atq; ideó cúm illud pactum inhæreat contractui, inducit causam, sine qua non est consensus in principali. l. 2. D. de in diem addict. cum materia. & docet tex. in. l. 2. D. de rebus eorum. Vnde promisso sibi non concesso, prout iure concedi non potest, obligatum non manere. Ego veró in contraria sententia fuit, consultus enim respondi, licitationem siue additionem dimidiæ decimæ recté valere, modum autem adiectum de promisso tanquam iure impossibilem vitiatum esse: quiá licet impossibilis conditio contractum vitiare soleat. l. non solúm. D. de actio. & oblig. in modo impossibili secús est, ex doctrina glossæ cómmuniter receptę in. l. cum donationis. glo. finá. C. de transactio. resoluit Molina lib. 2. de primogenijs Hispa. capit. 12. numer. 42.

Post secundam autem & vltimam addictioné, quarta pars totius pretij admittenda est ex decis. tex. in. d. l. 6. cum alijs pluribus. tit. 13. lib. 9. Recop. si modó intrá tres menses à die prædictę addictionis offeratur, hoc est, intrà nonaginta dies, vt apertè colligitur ex. l. 15. eo. tit. etenim regulare est, vt quotiens mensis simpliciter profertur, triginta dies habeat ex glo. notabili in. l. fina. §. sin autem dubius. ver. sexaginta. C. de iure delibe. vbi sexaginta dies, & alios triginta, tres menses esse ait, & notat Baldus in. l. eos. §. fina. nu. 7. C. de appellatio. & in cap. 1. nu. 1. & additio ibi, litera. B. quo tépore miles inuestituram petere, &c. In vsibus feudo. & Bart. in auth. vt factæ nouæ constitutiones. in prin. nu. 6. vbi additio plura allegat. collat. 5. & dies quidem finalis addictionis non computabitur, sed absq; eo integri dies nonaginta sunt, iuxtá ea, quæ tradit Alciatus in. l. cum bisextum. in fine, D. de ver. signifi. cum notatis in. l. 1. D. quod quisq; iuris. & vide. l. vbi. l. 101. D. de regu. iuris.

Cęterúm prædictarum legum decisio, quæ de adiectione quarti loquuntur, itá obseruanda est, vt si aliter, quàm ijs legibus præfinitur, adiectio fiat, nullius, &c.

23 Num.23.ibi.2.parte.cap.12. nu.10.adde: per tex. optimum in. l.1. C. de vend. rebus ciuit. lib. 11. Eritq; idè in alijs legibus specialibus exorbitantibus à iure communi, quæ in fisco loquuntur, vt scilicet ad bona ciuitatis, cuiuslibet Concilij, aut minoris trahendæ non sint, veluti.l.11.tit.12.lib. 9. Recop. cuius decisio in solis regijs reditibus locum habet: in bonis autem ciuitatis, aut cuiuslibet minoris obseruanda est Doctorum resolutio in.l.licitatio.in prin.D.de publica. iuxtà tradita per Boerium decis. 248. & Auilesium dicto cap.32.prætorum.ver.pujar. quod in facto iàm ità consului. Quin immò & ad gabellas dominorum huius regni, quas ipsi percipiunt ex tolerantia aut priuilegijs regum, extendendum hoc fore Auendanius existimat in.d.loco.nu.11.Nàm cùm vtantur eis velut proprio patrimonio, & non fiscali, priuilegium regis ad eos non transit, vt regulare est in quolibet particulari seu singulari successore l. creditor. & ibi Paulus. D. de actio. empti. refert & sequitur Io. Parladorius lib.2. rerùm quotidia. cap. fina. parte. 5.§.13.nu. 17. & latiùs ibidem. parte. 6. §. vnico. num. 13. vbi nedùm in quarti adiectione, de qua expressé loquitur Auendanius, sed & in alijs casibus idem accipiendum esse ait: veluti, quod licet regia vectigalia nulla temporis præscriptione adquirantur.l.2.tit.15.lib.4. Recop. si eadem ad priuatam personam peruenerint, locum habet præscriptio & sententia Bartoli in. l. si publicanus. §. in omnibus. D. de publica. Baldus de præscript.2.parte.quintæ partis princip. quæstione. 4. & Bertachi. de gabellis.1.parte.num. 27. & quod ex eadem ratione in reditibus magnatum locum nō habeat sportularū taxatio, de qua in.l.13.tit.7.lib. 9. Recop. quin potiùs & ad alios plures casus posset inferre, de quibus sæpe dubitatum vidimus, nempè an venditor debens gabellā magnati aut eius conductori, iure executas, relaxādus sit sub fideiussore, iuxtà ius commune, de quo in.l.fina.tit.21.lib.4. Recop. vel potiùs obseruari debeat decisio tex.in.l. 130. in quar. gab. de qua infrà dicemus isto cap.

57 Numero. 57. & àn mulier obligari possit pro marito circà iura magnatum, sicùt circá regia, vt in.l.9.tit.3. lib. 5. Recop. de qua diximus suprà isto capite.nu.12.& án nobilis cōductor siue collector gabellarum magnatis, carcerari possit, iuxtá.l.4. tit.2.lib.6.Rec.de qua infrà dicemus nu. 62. & alij quā plurimi casus

casus sunt, de quibus idem dubitari posset. Ego veró, licet nō negauerim regum causam & aliorum dominorum diuersam esse, quià regum tributa & eorum exactiones ad publicā vtilitatem pertinent, iura autem dominorum ad vtilitatē priuatā, vt rectè declarat F. Emanuel Rodericius Lusitanus Theologus in summa. 2. tomo. cap. 72. nu. 7. Et in alijs quoq; casibus lōgam differentiā esse, constat ex traditis per Ant. Gomet. de delictis. cap. 1. nu. 10. atqui sciam iura vectigaliū de regalibus esse quoad impositionē, vt notat Lucas de Penna in. l. quiá talia. C. de re militari. lib. 12. postquā veró instituta sunt per principē, eorū exactionē non esse quid regale, & cuilibet priuato posse cōcedi, & vt res priuatas iudicari, vt ex Cumano & alijs resoluit Thomas Grammaticus decis. Neapol. ros. nu. 23. cū sequenti. Generaliter dicendum existimo, 27
leges gabellarū in omnibus gabellis, & ijs reditibus, qui origine sua regaliæ sunt, etiā si ad priuatam personam competant, si ubi pertineant, practicandas & obseruandas esse: tùm quiá sic moribus & longissima consuetudine introductū est: tùm etiā quia leges gabellarū generaliter loquuntur in gabellis: gabellæ autē etiam priuato competentes 28

vel gabellę sunt: & quià expressum videtur in. l. 5. ibi. *s. luo por los nuestros pechos y derechos, y de los otros señores.* tit. 17. lib. 5. Recop. & conducit exceptio facta in. l. 6. ibi. *años solamente deuidos.* eo. tit. & lib. quæ quidem exceptio apertè innuit, regulā esse in contrariū, vt scilicet quotiens iuriū regaliū mentio fiat, de illis quoque intelligatur, quę natura sua regalià sunt, etiàm si ab alijs dominis possideātur. Et prætereá, quiá cúm iura ista per cessionē regis veram vel præsumptam prædicti domini obtineant, vel ipsius regis nomine in rem propriam, petere & exigere credi possunt, argu. eorum quæ notātur in. l. 1. C. de actio. & oblig. itá vt quod pacto Rex poterat exigere, & ipsi possint, vt aliàs inquit tex. optimus ad hanc rē in. l. 16. tit. 10. lib. 5. Recop. Quartó, &c.

Num. 27. in fine. ibi. obseruatur. adde: vt audiui, sed cū hoc mihi semel in praxi obuenisset, durissimū iudicibus visum fuit, decisionē tex. in. d. l. 4. ad quartiā adiectionem in prioris cōductoris necem extendere, cū nulla lege reperiatur expressum; atq; ideó dis illa trāsactione partium finita fuit sed adhùc quod scripsi, tenendū est propter cōditionem. sup. in nouis punctuat. regijs. Per quā decisum videtur,

vt si locatio fiat per plures annos, quilibet annus per se considerãdus est, vt in quolibet adiectiones quarti fiant pro ipso scilicet anno.

30 Num. 30. in fine. ibi. Almoxarifazgo dicitur. adde: & facit dictũ Bartoli in. l. 1. per tex. ibi. in fine. C. de pascuis publi. lib. 11. dicentis, quod si officiales deputentur ad vendendũ gabellas communis, omne pactũ initũ per istos officiales cum emptoribus gabellarũ contrà solitum modũ vendendi, est nullũ: quià intelligitur eis cõcessa potestas, vt vendant more solito, & non aliter. Refert & sequitur Matthæus de Afflictis tit. quæ sint regalia. ver. vectigalia. nu. 172. in vsibus feudo. & ex Platea in. d. l. 1. notat Auendanius de exeq. mand. 2. parte. cap. 12. nu. 11.

31 Num. 31. in fine. ibi. §. 14. nu. 117. adde: dúm interim duo animaduertas: primum quod si is, á quo per adiectionem quarti amoueri conductio intẽditur, tantumdem offerat, remanere debet cum gabellis, iuxtá tex. in. l. 2. &. l. congruit. &. l. fina. ad finem. C. de locatio. prædio. ciuil. lib. 11. quæ iura notabiliter dicunt, quod conductores prædiorum ciuiliũ præferendi sunt in relocatione pro æquali pretio. licet secús sit in rebus priuatis, iuxtà. l. nemini. C. de locato. vt resoluit Matthæus de Afflictis vbi suprà nu. 116. quod vel maximè procedit in nostro casu, quià generale est etiã inter priuatos, quod si quis ex forma vẽditionis meliorẽ conditionẽ attulerit, bene possit primus emptor de ea re certior factus, idẽ adijcere, & cũ emptione remanere, iuxtà tex. in. l. necesse. D. de in diẽ addictio. cũ Greg. Lupo in. l. 40. gl. 1. tit. 5. part. 5.

Secundum, quod huiusmodi adiectiones, vel quæcumq; aliæ fieri possunt coràm *solo notario* siue tabellione, nõ præsentibus rationalibus vel alijs personis deputatis, prout resoluit Auẽd. de exeq. mand. 2. parte. cap. 12. nu. 6. & præcipit Bart. in. l. licitatio. nu. 4 D. de publica. quos refert & sequitur D. Gironda de gabellis. 2. parte. §. 1. nu. 12. sed contrarium voluit Baldus ab illis non allegatus in con. 7. incipit. factum. lib. 5. & decidit tex. in. l. 1. tit. 13. lib. 9. recop.

32 Num. 32. ibi præceptum de soluendo. adde: iuxtá tex. in. l. quoniàm. Cum gloss. & Baldo ibi. C. de appellatio.

In eo. nu. in fine. ibi. Auend. respon. 1. nu. 15. adde: ex quibus apertè constat, quod processus iudicialis inter gabellarium & gabellæ debitorem, summarius est, non autem executiuus: habet enim aliqualem petitionẽ,

lisq;

lisq; debet contestari obseruata forma dictæ.l.121.vt notat Olanus in antinomia.in additione circà leges Partitarum correctas.nu.18.quod viæ executiuæ aperto iure non cõgruit,vt manifestè patet cũ ex multis, quæ hic cumulari possent,túnc præcipuè ex forma tradita in.l.fina. tit.21.lib.4.recop.sed habebunt locum in hac gabellarum materia ea omnia,quæ de causis summarijs congessit Marãta de ord. iud.4.parte.distin. 9. ex princ. nostris scilicet legibus ad vnguem seruatis,de quibus in toto.tit.7. lib. 9. recop. Nec obstat tex. in. l. misi opinatores. C.de exact. tribut. lib. 10. cum communiter traditis per Bald. Salicet.& Doctores in.l.1.C.de condict.ex lege.Bald.in.l.2. C. quando fiscus vel priuà. & ijs, quæ resoluit Rode. Xuatez in repet.l.post rem iudicatam. in. 7.notab.D.de reiud.& Baetius de inope debitore.cap.13.nu.21. cum alijs congestis per D.Girõdam vbi suprà.4.parte. in prin. nu.3.& Io.Parlado.lib.2.rerum quotidia.cap.fina.1.parte. §. 8. qui ex prædicta Baldi & aliorũ resolutione generaliter tenent, gabellarum causas executiuas esse:quia illud verum est,iuxtà expositionem Baldi & sequaciũ in d.l.1.C. de condict. ex lege. Scilicet quando debitum est liquidum per cõfessionem partis, vel tale est, in quo non cadit probatio negationis: vel quando est aliquale instrumentum, vt ait Roder. Xuarez vbi suprà.Quibus casibus proculdubió dici debet, viæ executiuæ locum dari in hac materia: atq; ità procedunt omnes leges gabellariæ ab illis auctoribus allegatæ,quæ de executione loquũtur, secús aliás. Quod vt facillimè intelligatur (est enim res vbiq; in praxi necessaria) ità distinguo: aut enim rex vel quicumq; gabellarum dominus in suo territorio contrà suos gabellarios & conductores vult experiri, & dubium non est, quod cúm ex contractu locationis inter eos inito publicum instrumentum conficiatur, viæ executiuæ locus erit, non tàm ex natura debiti, propterea quod gabellarium sit, quám ex vi instrumenti,iuxtà commune ius istius regni,de quo in.l.2.tit. 21. lib.4.recop.atq; ità procedunt. l.14.&.l.15.&.l.17.dicto tit. 7. lib.9.recop.quibus iuribus qualiter in ea executione speciali fauore procedendum sit, aperté præscribitur.&.l.9.&.l.10.titul. 16.eo.lib.&tex.optimus in.l. 11. ibi.*Por obligacion llana*.tit.12.eiusdem libri.l.150. ibi.*recaudos que truxeran aparejada execucion.* in quat.gabell.Idemq; erit contrà

ciuitates, loca, vel villas, quæ gabellarum capitationem receperunt, *encabeçamiento* vulgó dicimus: est enim generalis quædam gabellarum locatio siuè conductio, de qua publica semper instrumenta fiunt, & succedit ius commune, de quo in. d.l.2.tit.21.lib. 4.Recop. Immò & erit speciale executionis ius virtute schedularum, quæ à Rege & eius rationalibus ad Thesaurarios diriguntur, iuxtá tex. in.d l.14.titul. 7.lib. 9.Recop. quod similiter in dominorum & eorumdem rationalium schedulis ad suos Thesaurarios missis obseruandum esse existimauerim per ea, quæ suprá diximus isto capite nu. 13. quamuis aliás schedulæ delegationis, quas *librançar* dicimus, ab alijs personis directæ etiam in suos debitores, nisi acceptæ & agnitæ sint coràm tabellione, paratam executionem habere non soleant, vt probat tex. in.l.9.tit. 16.lib.9. Recop. notat Auend. de exeque.mand. 2. parte. cap. 10.nu.38. Quin immo idem obseruabitur, quando ciuitas, locus, vel villa in generali gabellarum capitatione fuerit comprehensus, & certa quantitas per rationales regios illi fuerit distributa: quia túnc ex sola vi istius distributionis poterit exequi seú per executionem compelli ad solutionem, eo quod talis res est, quæ negationis probationē non recipit, quo casu in tributis locū executioni fieri doctores consentiunt in.d.l. 1. C. de cōdict.ex lege. & proderit hæc doctrina ad exactionem publicæ distributionis, quæ in vnoquoq; loco fieri solet nomine gabellarum, iuxtá conditionē. 20.&.28.&. 31. generalis regni conuentionis. Aut ratione seruitij ordinarij vel extraordinarij, *padron de alcaualas, y del seruicio* vulgó dicimus: quia túc executiuè pignoribus captis erit procedendum pro quacumq; summa distributa ex prædicta iuris ratione, prout hæc omnia quotidiè in praxi iure obseruantur.

Aut veró gabellarius aliquis, fidelis collector, vel quicūq; alius, cui gabellarū exactio iure incumbat, debitas sibi vult gabellas exigere á singulis venditoribus, qui nulla alia lege vel obligatione teneantur, quàm ciuili illa, de qua in.d.l.titul. 17. lib.9.recop. contra quos conditionem ex lege competere diximus suprà cap.7. num. 62. & túnc non via executiua, sed ordinaria, summaria tamen sine strepitu & figurá iudícij agendum erit, iuxtá formam traditā in.d.l. 121. quaderni gabell. cum alijs legibus dicti titul. 7. lib. 9. Recop.

Recop. & quę suprà resoluimus isto capite. nu. 32. etenim quamuis in aliquo negotio summariè procedatur, qualia multa negotia sunt in iure, vt recenset Did. Peretius in rub. tit. 1. lib. 3. ordina. colu. 750. vbi hoc gabellarũ enumerat. Non ideo magis causa executiua est, sed ad similitudinem ordinariæ in ea proceditur: habet enim suos terminos in ijs, quæ iuris gentium sunt, veluti in citatione & probatione, breuiores tamen, quàm alia causa ordinaria non priuilegiata, vt latè resoluit Marára vbi suprà. l. 27. in fine. quæ sic debet intelligi. tit. 6. lib. 3. Recopilationis. Itaq; si ego rẽ aliquã vendidero in scriptis, & copia venditiones tradatur gabellario per Tabellionẽ, iuxtà tex. in. l. 10. tit. 17. lib. 9. Recop. non erit ea sufficiens, vt contrà me prò decima illius venditionis executio fiat, sed obseruandus erit ille ordo iudicialis, de quo in. l. 3. cum duobus sequẽtibus. dicto tit. 7. lib. 9. Recop. nẽpè, vt cõtrà me aliqualis petitio fiat, & citatus audiri debeam habita causę cognitione, & testium receptione, ac tandem sentẽtia ferenda est: quiá in hac specie liquidum non est gabellæ debitũ, quod me vendidisse aut per mutasse supponit, id quod sine partis citatione expediri nõ debet nec potest. Atq; ideó cùm sola legalis obligatio sit, via ordinaria experiri oportet, & impossibile est, quod locũ habeat executio ex regulis suprà traditis, quamuis vt dixi, breuiter & summarié procedatur: quod ità tota die practicari videmus, & intellexisse videtur Did. Peretius in. d. rub. tit. 1. lib. 3. ordina. ver. ex quo deducitur.

34 Num. 34. ibi. nu. 5. C. de peri. & commo. rei. adde: & probat tex. in eadem. l. 31. in fine. vbi si venditor denunciauerit gabellario, emptor non denuncians nullam pœnã incurrit: idemq; erit è contrario ex eadem iuris ratione, vt emptore denunciante nulli pœnæ subijciatur venditor nõ denuncians. Et cũ vterq; puniri valeat, solutione vnius alter liberabitur, ex notaris per Bald. & Doctores in. l. 1. C. de cõdict. furt. atqui soluente eo, qui non tenebatur gabellam soluere, ab altero, cui solutio incumbebat, iure repetetur, vt notat Baldus in. l. cum proponas. C. pro socio. &. l. ea conditione. C. de rescin. vendit. refert & sequitur Matthæus de Afflictis tit. quæ sint regalia: vér. vectigalia. numer. 69. in vsibus feudo.

In eo. numer. ibi. vt lex illa disponit. adde: etenim si gabellarius

bellarius ignoretur, in culpa non erit venditor, qui gabellam non soluit, vt ex communi sententia resoluit Maschardus de probatio. 2. vol. conclus. 834. num. 12.

In eo. num. in fine. ibi. cap. 1. nu. 53. adde: & est ratio, quià actus solutionis alicuius debiti ex contractu, vel simili causa, ante noctem fieri debet: nec tenetur creditor, ac perinde gabellarius, noctu recipere, quià posset facile decipi, & regulare est, quod solutiones opportuno tempore fiant. l. si soluturus. D. de solutio. prout in specie voluit glossa in. d. l. more Romano. & ibi Baldus. numer. 3. ver. quartus.

36 Num. 36. in fine. ibi. con. 229. lib. 5. adde: quiá quamuis per prouisioné hominis, cesset prouisio legis, l. fina. C. de pactis conuentis. Conuentio illa accipiéda est in casu expresso, nempè circá quantitatem, non auté in casu omisso, nempè circá tépus solutionis, argu. eius, quod notat Oldradus apud Bald. in. l. Labeo ait. §. hęc autem clausula. per tex. ibi. & in additione. D. de arbitris. poterit autem gabellarius legales terminos prorogare, eo quod in rem suam ministerest, iuxtà tex. & notata in. l. qui Romæ. §. Callimachus. D. de ver. oblig. & expresìsim notat Baldus in. l. 1. nu. 13. D. de rerum diuis.

37 Num. 37. ibi. ver. *y el alcauala.* adde: in additione. in fine. ver. extrá quæro. quicquid neutrum viderit D. Gironda de gabellis. parte. 12. nu. 21. dicens, quod dicta. l. 125. quæ est. l. 8. tit. 7. lib. 9. Recop. nihil ad rem, cú tamen expressa sit: ait enim ea lex, quod si venditor, qui decimam occultauit, sponte sua ante litem inceptam debitum fateatur, simplum cum dimidio soluet: igitur in dimidio punitur. Quod si lite cępta per gabellarium, debitum confiteatur venditor absq; iuramento decisorio, dupli pœnam incurret, quicquid, vt vides sententia iudicis ante pœnitentiam lata non sit: ergó bené dixit Castellus in dicto loco id, quod suprá retulimus, quamuis ille auctor nihil cum dicere affirmet sui fortasse codicis errore ductus.

38 Numer. 38. ibi. fol. 18. ex pag. 1. adde: & Did. Peretius, vbi rationem asignat, in. l. 36. titul. 9. lib. 6. ordi. & vide Ant. Gometium de delictis. cap. 1. num. 61. in fine. & l. Imperatores. §. idemq; rescripserunt. D. de publicanis.

In eo. nu. in fin. ibi. D. de cód. & dem. adde: qui enim paulum trásgreditur, nó vituperatur ex Aristo-

Aristotele lib.2. ethicorũ. cap. fina.& lib.4.cap.5. sed si nõ modicus defectus sit, vt quiá dimidium gabellæ solui intra tempus legitimum, & aliud dimidium retinui inuito gabellario, quæstio esse potest, an totius integri dupli vel quadrupli pœnam incurram, ex traditis per Bald. in. l. 1.nu.7.C.si aduersus rem iudicatã, & putem duplũ vel quadruplum eius, quod reliquũ est soluturũ me esse, quià & pecunia & pœna diuisioné recipit, argu.tex.in.l. Seio amico.D.de annuis legatis.

39 Num.39. ibi. mortaliter peccat, ex ijs quæ. adde: præter Bartolum & ordinarios in.l. vectigal.D.de publica.& Bald. in. l. veluti.nu.4. D. de iust. & iure. resoluit, &c.

40 Num.40.ibi. animo occultè contraxerit. adde: quod quando fieri dicatur, vide apud Bart. & additionem ibi, in. l. sciant. C. de his, qui ex publicis ratio. mut. pecu. accipiunt. lib.10.

43 Num.43.ibi. confessorum consuetudine. adde: iuxtà notata per Bald. in.l. nemo. nu. 2. ibi, vel consilijs prudentum virorum.C. de sent. & interloqu. om. iudi.

44 Num.44.ibi. vltró restituere. adde: præcipuè cúm vectigalis solutio non priuata, sed publica res sit, arg. tex. optimi in. l. si quis rogatus. ibi, vt vltro ijs, qui eam debet. D. de fideicom. libert.

45 Num.45.ibi. inter Pythagoreos. adde: auctore Laertio in vitis philosophorum.

47 Num.47.ibi. quia regulariter. sic lege & adde: quiá licet regulariter quicumq; venditor gabellam non soluens, in dubio præsumatur fraudandi animũ habuisse, eo quod intelligatur facere contra generalem consuetudinem vel legem, quam non debuit ignorare, vt in terminis decidit Baldus in. l. leges sacratissimę. nu.5. C. de legibus. Dabilis est aliquis casus, cuius exemplum statim subijciam, in quo illa præsumptio cesset: ac qui regulariter quóq;, vt pœna committatur, &c.

In eo.nu. ibi. d. l. 31. tit. 19. lib. 9. Recop. adde: quæ ignorantia satis excusat. l. qui in alterius. D. de reg. iuris. etiàm ab omni pœna, quæ propterea imponeretur, vt notat Baldus in. l. 1. §. hoc iudicium. nu. 3. D. si quis iusdicenti non obtempe.

49 Num.49. in fine. ibi. D. de publica. adde: secús autem ad pœnam dupli vel quadrupli regijs legibus statutam, prout expressé voluit Bald. in. l. 3. §. quod autem. D. quod quisq; iuris dicens, quod si statuto caueatur, vt non

vt non asignans obligationem in æstimo communis, non pos sit agere, & insuper pœnam cẽ tum librarum incurrat: & testa tor ius sibi cõpetens non asig-nauit: quod hæc pœna non trã sit ad hæredem quantum ad pu nitionem per modum condem nationis ad illa centũ: & quod tota die potest de facto occurre re in statutis de gabellis.

52 Num. 52 ibi. illud constare. adde: quod licet per legem iu stè imponi posit ratione con-temptus, vt ait Baldus in. l. rogasti. ver. extrà quæro nun quid. ibi. sed ponamus, dicit statutum. D. si cert. pet. in fo-ro, &c.

In eo. nu. in fine. ibi. Castro vbi supra. adde: & latisimè Co-uarr. de sponsalibus. 2. part. cap. 6. §. 8. ex nu. 10.

53 Num. 53. ibi. D. de publica. adde: quam ad hoc allegat Bar-tolus in. l. 2. C. de nauicularijs. lib. 11.

In eo. nu. in fine. ibi. fecenas. adde: & eiusmodi pœnæ com-missæ conductoribus gabella-rum applicandæ sunt, nõ fisco, vt notat Baldus in. l. 1. nu. 10. C. de fructibus & litiũ exp. de quo vide Auend. de exeque. mand. 1. parte. cap. 2. nu. 13. & Baldum in. l. creditor fundum. in princi-pio. D. de actio. empti. & Mat-thæum de Afflictis tit. quæ sint regalia. ver. vectigalia. nu. 77. in vsibus feudo. vbi resoluit, quod conducens gabellas, videtur quoq; conducere pœnas delin-quentium: quod ait notandum esse, quià iàm vidit de hoc du-bitari.

55 Num. 55. ibi. D. de ver. sign. adde: nàm nec pro ipso pretio venditori soluendo pignerata manet, vt resoluit Baldus in. l. prætextu. num. 2. C. commo-dati.

56 Num. 56. in fine. ibi *los coge dores*. tit. 5. part. 5. adde: quem etiàm vide in. l. 13. ver. *lo manda-re*. tit. 18. part. 3. & tex. in. l. cre-ditor fundum. in prin. ibi. à con ductore saltus. D. de actio. empti. vbi Baldus notat pro emptoribus gabellarum. & eũ-dem Baldum in rub. in fine. C. si propter publicas pensitatio. & àn res, quæ cõfiscantur prop ter gabellas non solutas, posint emi cum bona cõsciencia, vide apud Bald. in. l. iubemus nulli. nu. 3. ver. quæro hic. C. de sacros. eccles.

57 Num. 57. ibi. C. de priuile. fis. ci. adde: & vide Baldum in. d. rub. C. si propter publicas pensi tatio. nu. 2. in fine. ibi, poterit de tineri personaliter. vbi additio allegat tex. in. l. misi opinato-res. C. de exactó. tribut. lib. 10. & vide Bart. cum additionibus in. l. nemo. C. eo. quam legem allegat

allegat Xuarez de Pace. in practica.1.tomo.parte.5 nu.4.& vi de Baetium de inope debitore. cap.13.ex nu.14.vbi latè agit,àn debitor tributorum possit bonis cedere, de quo est tex. in l. 5 tit.9. lib.9. Recop. ex quibus omnibus apertè intelliges verā rationem,&c.

58 Num.58.in fine.ibi.nu.183. delega. adde: qui latè disputat in pract. quæstio. lib. 1. quæstione.1.

59 Num.59.in fine.ibi.dicto loco.nu.46.adde: soluet autem gabellæ debitum quatenús defuncti bona sufficient, etiám si hæredem ex persona sua priuilegiatum esse contingat: quiá priuilegiatus succedens non priuilegiato, non gaudet priuilegio suo. l. si intrà. & ibi. glo. C. de non numera. pecu. l. Polla. C. de his quibus vt indignis. &. l. cum filius. si in hac. D. de ver. oblig.

61 Num.61.in fine.ibi.l. 1. C. vbi senatores vel. adde: quinetiam hac specie negari non potest, quicquid aliud non rectè voluerit Baldus in. l. cū mulier. nu.5.ver. tertió arguō sic.D. solu. matrimo. dicēns, quod nō soluere gabellas, non est delictum, vel turpitudo, nec dolus malus; quià tale debitum gabellarum non descendit á iure gentium, sed vsurpatū est, hoc est, non debitum ex rigore iustitiæ, vt ipse aliás dixit in tit. de his qui feudum dare possunt num. 41. in vsibus feudorū. Etenim eius dictum iure non procedit, vt constat ex ijs, quæ diximus suprá in præfatione numer.30.

62 Num.62.ibi.& dicemus in. frá cap. 19. in prin. adde: argu. tex. optimi in. l. qui id quod in prin. D. de donatio. vbi causa & origo obligationis, non noua conuentio inspicitur. & tex. in. l. quod si maritus in prin. D. de constitu. pecu. nullaq; causa delicti est, cùm fraus & occultatio deficiant, de quibus suprà isto capite. nu.61. necse ipsum, &c.

64 Num.64.ibi. proditum est. adde: quæ enumerat. l. 3. tit.1. lib. 6. Recop. cum notatis in. l. vnica. &c.

65 Num.65.ibi.D. de mune. & homo. adde: &. l. fina. sumpto argumento ab speciali. D. de priuile. vetera. &. l. 80. in quat. gabel. quæ loquitur in fideli. &. l. 8. titul. 33. lib. 9. Recop. quæ loquitur in collectore illius tributi, quod moneda forera vulgó dicitur, viro nobili, &c.

In eo.nu.in fine.ibi.ex genere nobilium. adde: electus autem appellare debet, iuxtà tex. in l. si adscribatur. C. de appellatio. & ibi Bald. & tex. in. l. fina.

fina. C. qui ætate. lib. 10. & nunc quidem non appellat ab actu iudiciali, quia sine strepitu iudicij nominatur, sed appellat ab actu iurisdictionali, vt explicat Baldus in. l. hi qui ad ciuilia. C. de appellatio. & est tex. optimus in. l. 2. C. de decurio. lib. 10. & quiuis collector, postquam electus fuerit, alij delegare non poterit officium suum, vt notat ad dictio ad Bart. in. l. 1. C. de latrone largitio. lib. 10.

66 Num. 66. ibi. officium ex prędictis. adde: sicut nec ad alia officia vilia, vt resoluit Io. Otalora de nobilitate. 5. parte. cap. fina. num. 8.

67 Num. 67. ibi. l. 9. tit. 7. lib. 6. Recop. adde: datur enim curiarum procuratoribus, quorum officium nobile est, eo quod rege mandante suscipiatur ex resolutis per D. Peretium in. l. 1. ver. quæro secundó. tit. 11. lib. 2. ordina.

68 Num. 68. ibi. l. 19. tit. 17. lib. 9. Recop. adde: quæ erat. l. 129. in quat. gabella. circa quam vide quod notat Castellus in. l. 63. Tauri. ver. *diez años.* in tertia additione. ver. & ex hoc limito legem quaterni. cui sanè legi contrarius esse videtur, &c.

In eo. nu. ibi. vt est in prouerbio. adde: iuxtà. l. apud antiquos. vbi Baldus notat. nu. 1. C. de furtis.

In eo. num. ibi. quinquennium publicanis præscribitur. adde: vt laté resoluit Mascardus de probatio. 2. volu. conclus. 836. quamuis in hoc differentia sit, quod iure communi quinquennium integrum datur ex eo die, quo tributum incipit deberi: iure autem regio solum datur quadriennium integrum, & quod superest ex illo anno locationis gabellarum, quo venditio aut permutatio contracta est, vt dicam infrá numer. 71. in fine.

In eo. nu. ibi. ordinádis. adde: tempus autem cópositionis, & ordo voluminis, inspiciendum est ex Alex. con. 58. nu. 4. lib. 4.

69 Num. 69. ibi. *fuere otorgado.* adde: nam verbum otorgado contractum coram tabellione inscriptis celebratú significat, iuxtà communem vsum loquendi. & de verbo, otorgamiento, agit Io. Lupus in rub. de donatio. inter virum. §. 68. nu. 27. & Auend. in dictionario. quæ significatio maximè constat, quiá lex illa gabellaria expressè loquitur de vénditione cotá tabellione cótracta: & est ratio illius cópu- tationis, quia ex eo tépore, &c.

In eo. nu. in fine. ibi. marginea ibi. adde: nec nouum est, legem pro parte tenere, & pro parte euanescere, vt ex tex. & glossa ibi, notat Baldus in auth.

auth. ad hæc l. §. fin. in fin. C. de Latina libert. tolle.

70 Num. 70. ad fin. ibi. tempore præscriptionis. adde: & facit in argu. quod tradit glos. in. c. si seruus. verb. triennium. 54. distinctione.

In eo. nu. in fi. ibi. *Apuntamientos* appellamus. adde: quin immo circa intellectū & praxim prædictarum legum. 19. &. 20. tit. 17. lib. 9. Recop. alia multa notanda sunt: videlicet; quod prædicta. l. 19. solum loquitur in hac regia decima, atq; ita in ea sola decima obseruanda erit. At vero prædicta. l. 20. loquitur in quocunq; Regio tributo: atq; in omni tributo Regio præter decimam obseruabitur, absque limitatione. d. l. 19. secundum quæ supra diximus. Insuper; quod prædictę præscriptiones, de quibus in vtraq; illa lege, locum habent, duntaxat contra regios gabellarios, secus contra ipsum met Regem & eius collectores: quia sicut ius ipsum principale exigendi gabellā á quocunq; venditore, aut permutante, præscribi non potest contra Regē, ex. l. 1. tit. 18. lib. 9. Reco. & dicemus infra. c. 19. nu. 3. ita & particulare, seu singulare debitū pecuniariū ex eo iure descendens non potest præscribi, vt expressē decidit. d. l. 20. ibi. *Y no aya lugar a lo que a nos es o fuere deuido.* Præterea, quod prædictæ præscriptiones nedū locum habent in regijs gabellarijs, de quibus loquuntur illæ leges, sed etiam in gabellarijs dominorum, quia leges istæ gabellariæ generaliter in quibuscunq; gabellis, siue actu Regijs, siue origine, quales sunt dominorum gabellæ, obseruandæ sunt ex ijs, quæ diximus supra isto capite. nu. 23. in additione. aliás melioris conditionis illi essent; quam Regi, si non eis obseruaretur decisio iuris communis, de qua in. l. 2. C. de vectigalibus. quod nulla ratio suadet. Vltimó, quod dicitur in. d. l. 19. vér. *Y porq̃ en algunos lugares*, quocunq; tempore gabellas peti posse in locis dominorū, Abbatiarum, & ordinum, intelligendum esse in gabellis ad Regem ipsum, vel suos gabellarios pertinentibus: secus, si gabellæ illæ ad ipsos locorum dominos pertinuissent, quia tunc contra eorū gabellarios rectè præscribetur, ex dictis legibus, vt iam dixi. Contra ipsos autē dominos qualiter præscribi possit, diximus sup. isto. c. nu. 23. in additione.

75 Num. 75. ibi. D. de solutio. adde: circa quam Philosophatur Baldus in. l. liberti. num. 8. C. de operis libert.

79 Num. 76. in fin. ibi. cap. 1. de locato. adde: & adductis per

adeó quod sicút minor quantitas admittenda non est ex expressa decisione dictæ. l. 2. nec maiorem quoq; integra illa decima admitti posse vulgó existimatũ sit, prout & voluit Greg. Lupus in. l. 33. ver. prometido. ad finem. ibi. & licet secundus licitator plus decimi vel dimidij voluerat etiàm sponte dare, lex non admittit. tit. 26. part. 2. pro quo ponderat. l. 76. in quat. gabel. ibi. *ni maior ni menor*. & cõcordat. l. 6. in prin. dicto. tit. 13. lib. 9. Recop. quæ loquitur in quatti adiectione, de qua infrà dicemus. Quod mihi durum videtur, quin potiùs existimarẽ, quod si in casibus, in quibus decima vel quatta pars pretij addi potest, máior quantitas a volẽte licitatore addita sit, rectè valeat & teneat additio, non obstantibus verbis prædictæ. l. 76. in quat. gabe. & dictæ. l. 6. Recop. quià si benè aduertas, ad hoc solum posita sunt, vt officiales nõ posśint post vltimam addictionem admittere pretium aliquod minus vel maius, quàm illud pro quo reditus addictus est, præterquam si vel quatta pars totius pretij addita fuerit: quibus verbis non inducitur, quod si plus quarta offeratur, iure non teneat, cùm in maiori summa insit minor. l. 1. §. si stipulanti. D. de ver. oblig. & quãuis prædicta. l. 52. in quat. gabe & dicta. l. 2. Recop. expressè iubeant, quod post primam addictionem nisi vel integra decima pretij vel dimidia admitti non posśit, ad hoc tendunt, vt non posśit minus offerri, plus autem rectè quidem: quià licitans de suo erogat, & reditibus regijs vtile est, arg tex. in. l. cũ in testamento. 202. D. de verbo. signi. Adhúc tamen, quod praxis receperit, obseruandum erit, quià illa est optima interpres legum, vt ex Baldo & alijs tradit Hippolytus in pract. crim. §. principium. numer. 3.

Et quamuis in huiusmodi regijs locationibus promissa concedi posśint & debeant, de quorum natura laté egimus suprá cap. 16. nu. 7. id accipiendũ & obseruandũ est ante prędictam primã addictionem, non autẽ posteà, vt expressé cauetur in. l. 49. in quat. gab. quæ est. l. 22. tit. 13. lib. 9. Recop. circá quod notabilis est quęstio, quæ hodie in facto accidit, & quotidie potest contingere: ecce membrum aliquod gabellarum addictum est Petro prima addictione procẽtum millibus marapetinorũ, & accedens Ioannes licitator sic ait: quod ipse addit dimidium dęcimæ, quod sunt quinq; ex cõcęsśione dictæ. l. 2.

tit. 13.

titul. 13. lib. 9. Recopil. itá vt sibi duo millia concedantur promissi nomine, quæ promissi peritio & concessio iure regio improbatur ex. d. l. 22. ibi. *antes del primer remate.* Quæsitum est ergó, quid de ea licitatione iudicandum foret, àn scilicet tota licitatio nulla esset, necnè: & multi dicebant nullam omninó esse, quiá is licitator non nisi sub eo promisso contraxisset, atq; ideó cúm illud pactum inhæreat contractui, inducit causam, sine qua non est consensus in principali. l. 2. D. de in diem addict. cum materia. & docet tex. in. l. 2. D. de rebus eorum. Vnde promisso sibi non concesso, prout iure concedi non potest, obligatum non manere. Ego veró in contraria sententia fuit, consultus enim respondi, licitationem siue additionem dimidiæ decimæ rectè valere, modum autem adiectum de promisso tanquam iure impossibilem viciatum esse: quiá licet impossibilis conditio contractum vitiare soleat. l. non solúm. D. de actio. & oblig. in modo impossibili secús est, ex doctrina glossæ communiter receptę in. l. cum donationis. glo. fina. C. de transactio. resoluit Molina lib. 2. de primogenijs Hispa. capit. 12. numer. 42.

Post secundam autem & vltimam additionē, quarta pars totius pretij admittenda est ex decis. tex. in. d. l. 6. cum alijs pluribus. tit. 13. lib. 9. Recop. si modó intrá tres menses à die prædictę addictionis offeratur, hoc est, intrà nonaginta dies, vt apertè colligitur ex. l. 15. eo. tit. etenim regulare est, vt quotiens mensis simpliciter profertur, triginta dies habeat ex glo. notabili in. l. fina. §. sin autem dubius. ver. sexaginta. C. de iure delibe. vbi sexaginta dies, & alios triginta, tres menses esse ait, & notat Baldus in. l. eos. §. fina. nu. 7. C. de appellatio. & in cap. 1. nu. 1. & additio ibi, litera. B. quo tēpore miles inuestituram petere, &c. In vsibus feudo. & Bart. in auth. vt factæ nouæ constitutiones. in prin. nu. 6. vbi additio plura allegat. collat. 5. & dies quidem finalis addictionis non computabitur, sed absq; eo integri dies nonaginta sunt, iuxtá ea, quæ tradit Alciatus in. l. cum bisextum. in fine. D. de ver. signifi. cum notatis in. l. 1. D. quod quisq; iuris. & vl de. l. vbi. l. 101. D. de regu. iuris.

Cęterúm prædictarum legum decisio, quæ de adiectione quarti loquuntur, itá obseruanda est, vt si aliter, quàm ijs legibus præfinitur, adiectio fiat, nullius, &c.

23 Num. 23. ibi. 2. parte. cap. 12. nu. 10. adde: per tex. optimum in. l. 1. C. de vend. rebus ciuit. lib. 11. Eritq; idê in alijs legibus specialibus exorbitantibus á iure communi, quæ in fisco loquuntur, vt scilicet ad bona ciuitatis, cuiuslibet Concilij, aut minoris trahendæ non sint, veluti. l. 11. tit. 12. lib. 9. Recop. cuius decisio in solis regijs reditibus locum habet: in bonis autem ciuitatis, aut cuiuslibet minoris obseruanda est Doctorum resolutio in. l. licitatio. in prin. D. de publica. iuxtà tradita per Boerium decis. 248. & Auilesium dicto cap. 32. prætorum. ver. pujar. quod in facto iàm ità consului. Quin immó & ad gabellas dominorum huius regni, quasipsi percipiunt ex tolerantia aut priuilegijs regum, extendendum hoc fore Auendanius existimat in. d. loco. nu. 11. Nàm cúm vtantur eis velut proprio patrimonio, & non fiscali, priuilegium regis ad eos non transit, vt regulare est in quolibet particulari seu singulari successore l. creditor. & ibi Paulus. D. de actio. empti. refert & sequitur Io. Parladorius lib. 2. rerùm quotidia. cap. fina. parte. 5. §. 13. nu. 17. & latiús ibidem. parte. 6. §. vnico. num. 13. vbi nedúm in quarti adiectione, de qua expressé loquitur Auendanius, sed & in alijs casibus idem accipiendum esse ait: veluti, quod licet regia vectigalia nulla temporis præscriptione adquirantur. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recop. si eadem ad priuatam personam peruenerint, locum habet præscriptio & sententia Bartoli in. l. si publicanus. §. in omnibus. D. de publica. Baldus de præscript. 2. parte. quintæ partis princip. quæstione. 4. & Bertachi. de gabellis. 1. parte. num. 27. & quod ex eadem ratione in reditibus magnatum locum nó habeat sportulará taxatio, de qua in. l. 13. tit. 7. lib. 9. Recop. quin potiús & ad alios plures casus posset in ferre, de quibus sæpe dubitatum vidimus, nempè an venditor debens gabellá magnati aut eius conductori, iure executas, relaxãdus sit sub fideiussore, iuxtà ius commune, de quo in. l. fina. tit. 21. lib. 4. Recop. vel potiús obseruari debeat decisio tex. in. l. 130. in quat. gab. de qua infrà dicemus isto cap.

57 Numero. 57. & àn mulier obligari posit pro marito circá iura magnatum, sicùt circá regia, vt in. l. 9. tit. 3. lib. 5. Recop. de qua diximus suprà isto capite. nu. 12. & án nobilis cõductor siue collector gabellarum magnatis, carcerari possit, iuxtá. l. 4. tit. 2. lib. 6. Rec. de qua infrà dicemus nu. 62. & alij quã plurimi casus

casus sunt, de quibus idem dubitari posset. Ego veró, licet nõ negauerim regum causam & aliorum dominorum diuersam esse, quià regum tributa & eorum exactiones ad publicã vtilitatem pertinent, iura autem dominorum ad vtilitatẽ priuatã, vt recté declarat F. Emanuel Rodericius Lusitanus Theologus in summa 2. tomo. cap. 72. nu. 7. Et in alijs quoq; casibus lõgam differentiã esse, constat ex traditis per Ant. Gomet. de delictis. cap. 1. nu. 10. atqui sciam iura vectigaliũ de regalibus esse quoad impositionẽ, vt notat Lucas de Penna in. l. quiá talia. C. de re militari. lib. 12. postquã veró instituta sunt per principẽ, eorũ exactionẽ non esse quid regale, & cuilibet priuato posse cõcedi, & vt res priuatas iudicari, vt ex Cumano & alijs resoluit Thomas Grammaticus decis. Neapol. 105. nu. 23. cũ sequenti. Generaliter dicendum existimo, leges gabellarũ in omnibus gabellis, & ijs redditibus, qui origine sua regaliæ sunt, etiã si ad priuatam personam competant, si ut pertineant, practicandas & obseruandas esse: tum quiá sic moribus & longissima consuetudine introductũ est: tum etiã quiá leges gabellarũ generaliter loquuntur in gabellis: gabellæ autẽ etiam priuato competẽtes vectigabellæ sunt: & quià expressum videtur in. l. 5. ibi. *Salvo por los nuestros pechos y derechos, y de los otros señores.* tit. 17. lib. 5. Reco. & conducit exceptio facta in. l. 6. ibi. *años solamente deudos.* eo. tit. & lib. quæ quidem exceptio aperté innuit, regulã esse in contrariũ, vt scilicet quotiens iuriũ regaliũ mentio fiat, de illis quoque intelligatur, quę natura sua regalia sunt, etiàm si ab alijs dominis possideãtur. Et præterea, quiá cùm iura ista per cessionẽ regis veram vel præsumptam prædicti domini obtineant, vel ipsius regis nomine in rem propriam petere & exigere credi possunt, argu. eorum quæ notãtur in. l. 1. C. de actio. & oblig. itá vt quod pacto Rex poterat exigere, & ipsi possint, vt aliàs inquit tex. optimus ad hanc rẽ in. d. 16. tit. 10. lib. 5. Recop. Quarto, &c.

27 Num. 27. in fine. ibi. obseruatur. adde: vt audiui, sed cũ hoc
28 mihi semel in praxi obuenisset, durissimũ iudicibus visum fuit, decisionẽ tex. in. d. l. 4. ad quarti etiã adiectionem in prioris cõductoris necem extendere, cũ nulla lege reperiatur expressum; atq; ideó lis illa trãsactione partium finita fuit sed adhuc, quod scripsi, tenendũ est propter cõditionem. sup. in nouis punctuat. regijs. Per quã decisum videtur,

 vt si

vt si locatio fiat per plures annos, quilibet annus per se considerãdus est, vt in quolibet adiectiones quarti fiant pro ipso scilicet anno.

30 Num.30.in fine.ibi. Almoxarifazgo dicitur.adde: & facit dictũ Bartoli in.l.1.per tex. ibi. in fine.C.de pascuis publi.lib.11.dicentis, quod si officiales deputentur ad vendendũ gabellas communis, omne pactũ initũ per istos officiales cum emptoribus gabellarũ contrà solitum modũ vendendi, est nullũ: quià intelligitur eis cõcessa potestas, vt vendant more solito, & non aliter. Refert & sequitur Matthæus de Afflictis tit. quæ sint regalia.ver.vectigalia.nu.172.in vsibus feudo.& ex Platea in. d. l.1.notat Auendanius de exeq. mand.2.parte.cap.12.nu.11.

31 Num.31.in fine. ibi. §.14. nu. 117.adde: dúm interim duo animaduertas: primum quod si is, á quo per adiectionem quarti amoueri conductio intẽditur, tantumdem offerat, remanere debet cum gabellis, iuxtá tex. in.l.2.&.l.congruit.&.l.fina.ad finem.C.de locatio.prædio. ciuil.lib. 11. quæ iura notabiliter dicunt, quod conductores prædiorum ciuiliũ præferendi sunt in relocatione pro æquali precio, licet secús sit in rebus priuatis, iuxtà.l.nec cui. C. de locato. vt resoluit Matthæus de Afflictis vbi suprà nu. 116. quod vel maximè procedit in nostro casu., quià generale est etiã inter priuatos, quod si quis ex forma vẽditionis meliorẽ conditionẽ attulerit , bene possit primus emptor de ea re certior factus, idẽ adijcere, & cũ emptione remanere, iuxtà tex.in.l. necesse. D. de in diẽ addictio. cũ Greg. Lupo in.l.40.gl.1.tit.5.part.5.

Secundum, quod huiusmodi adiectiones, vel quæcumq; aliæ fieri possunt coràm *solo notario* siue tabellione, nõ præsentibus rationalibus vel alijs personis deputatis, prout resoluit Auẽd. de exeq. mand.2.parte. cap. 12. nu.6.& præcipit Bart.in.l.licitatio.nu.4 D.de publica.quos refert & sequitur D. Gironda de gabellis.2.parte.§.1. nu. 12. sed contrarium voluit Baldus ab illis non allegatus in con.7.incipit.factum.lib.5. & decidit tex. in.l.2.tit.13.lib.9.recop.

32 Num. 32. ibi præceptum de soluendo. adde: iuxtá tex.in.l. quoniàm. Cum gloss.& Baldo ibi.C.de appellatio.

In eo. nu. in fine.ibi.Auend. respon.1.nu.15.adde: ex quibus apertè constat, quod processus iudicialis inter gabellarium & gabellæ debitorem, summarius est, non autem executiuus: habet enim aliqualem petitionẽ,

lisq;

lisq; debet contestari obscurata forma dictæ.l.121.vt notat Olanus in antinomia.in additione circà leges Partitarum correctas.nu.18.quod viæ executiuæ aperto iure non cōgruit,vt manifestè patet cū ex multis, quæ hic cumulari possent,túnc præcipué ex forma tradita in.l.fina. tit.21.lib.4.recop.sed habebunt locum in hac gabellarum materia ea omnia,quæ de causis summarijs congessit Maráta de ord. iud.4.parte.distin. 9. ex princ. nostris scilicet legibus ad vnguem seruatis,de quibus in toto.tit.7. lib. 9. recop. Nec obstat tex. in. l. misi opinatores. C.de exact. tribut. lib. 10. cum communiter traditis per Bald. Salicet.& Doctores in.l.1.C.de condict.ex lege.Bald.in.l.2. C. quando fiscus vel priua. & ijs, quæ resoluit Rode. Xuarez in repet.l.post rem iudicatam. in. 7.notab.D.de reiud.& Baetius de inope debitore.cap.13.nu.21. cum alijs congestis per D.Girōdam vbi suprá. 4.parte. in prin. nu.3.& Io.Parlado.lib.2.rerum quotidia.cap.fina.1.parte. §. 8. qui ex prædicta Baldi & aliorū resolutione generaliter tenent, gabellarum causas executiuas esse:quià illud verum est, iuxtá expositionem Baldi & sequacium in d.l.1.C. de condict. ex lege. Scilicet quando debitum est liquidum per cōfessionem partis, vel tale est, in quo non cadit probatio negationis: vel quando est aliquale instrumentum, vt ait Roder. Xuarez vbi suprá.Quibus casibus proculdubió dici debet, viæ executiuæ locum dari in hac materia: atq; ità procedunt omnes leges gabellariæ ab illis auctoribus allegatæ,quæ de executione loquūtur, secús aliás. Quod vt facillimè intelligatur (est enim res vbiq; in praxi necessaria) ità distinguo: aut enim rex vel quicumq; gabellarum dominus in suo territorio contrà suos gabellarios & conductores vult experiri, & dubium non est, quod cúm ex contractu locationis inter eos inito publicum instrumentum conficiatur, viæ executiuæ locus erit, non tàm ex natura debiti, propterea quod gabellarium sit, quám ex vi instrumenti,iuxtá commune ius istius regni,de quo in.l.2.tit. 21. lib.4.recop.atq; ità procedunt. l.14.&.l.15.&.l.17.dicto tit. 7. lib.9.recop.quibus iuribus qualiter in ea executione speciali fauore procedendum sit, apertè præscribitur.&.l.9.&.l.10.titul. 16.eo lib.& tex.optimus in.l.11. ibi.*Por obligacion llana.*tit.12.eiusdem libri.l.130. ibi.*recaudos que truxeran aparejada execucion.* in quat.gabell.Idemq; erit contrà

ciuitates, loca, vel villas, quæ gabellarum capitationem receperunt, *encabeçamiento* vulgó dicimus: est enim generalis quædam gabellarum locatio siuè conductio, de qua publica semper instrumenta fiunt, & succedit ius commune, de quo in d.l.2.tit.21.lib. 4.Recop. Immò & erit speciale executionis ius virtute schedularum, quæ a Rege & eius rationalibus ad Thesaurarios diriguntur, iuxtá tex. in.d.l.14.titul. 7.lib. 9.Recop. quod similiter in dominorum & eorumdem rationalium schedulis ad suos Thesaurarios missis obseruandum esse existimauerim per ea, quæ suprá diximus isto capite nu. 23. quamuis aliás schedulæ delegationis, quas *libranças* dicimus, ab alijs personis directæ etiam in suos debitores, nisi acceptæ & agnitæ sint coràm tabellione, paratam executionem habere non soleant, vt probat tex. in d.l.9.tit. 16.lib.9. Recop. notat Auend. de exeque.mand. 2. parte. cap. 10.nu.38. Quin immo idem obseruabitur, quando ciuitas, locus, vel villa in generali gabellarum capitatione fuerit comprehensus, & certa quantitas per rationales regios illis fuerit distributa: quià túnc ex sola vi istius distributionis poterit exequi seú per executionem compelli ad solutionem, eo quod talis res est, quæ negationis probationē non recipit, quo casu in tributis locū executioni fieri doctores consentiunt in d.l. 1. C. de códict. ex lege. & proderit hæc doctrina ad exactionem publicæ distributionis, quæ in vnoquoq; loco fieri solet nomine gabellarum, iuxtá conditionē. 20.&.28.&. 31. generalis regni conuentionis. Aut ratione seruitij ordinarij vel extraordinarij, *padron de alcaualas, y del seruicio* vulgó dicimus: quia túc executiuè pignoribus captis erit procedendum pro quacumq; summa distributa ex prædicta iuris ratione, prout hæc omnia quotidiè in praxi iure obseruantur.

Aut veró gabellarius aliquis, fidelis collector, vel quicumq; alius, cui gabellarū exactio iure incumbat, debitas sibi vult gabellas exigere á singulis venditoribus, qui nulla alia lege vel obligatione teneantur, quàm, ciuili illa, de qua in d.l.1.titul.17. lib.9.recop. contra quos conditionem ex lege competere diximus suprà cap.7. num. 62. & túnc non via executiua, sed ordinaria, summaria tamen sine strepitu & figura iudicij agendum erit, iuxtá formam traditā in d.l.121. quaterni gabell. cum alijs legibus dicti titul.7. lib. 9.

Recop.

Recop. & quę suprà resoluimus isto capite.nu.32. etenim quam uis in aliquo negotio summariè procedatur, qualia multa negotia sunt in iure, vt recenset Did. Peretius in rub. tit. 1. lib.3.ordina. colu. 750. vbi hoc gabellarũ enumerat. Non ideo magis causa executiua est, sed ad similitudinem ordinariæ in ea proceditur:habet enim suos terminos in ijs, quæ iuris gentium sunt, veluti in citatione & probatione, breuiores tamen, quàm alia causa ordinaria non priuilegiata, vt latè resoluit Marata vbi suprà.l.27.in fine. quæ sic debet intelligi. tit.6.lib.3.Recopilationis. Itaq; si ego rẽ aliquã vendidero in scriptis, & copia venditiones tradatur gabellario per Tabellionẽ, iuxta tex. in.l.10.tit.17.lib.9.Recop. non erit ea sufficiens, vt contrà me prò decima illius venditionis executio fiat, sed obseruandus erit ille ordo iudicialis, de quo in.l.3. cum duobus sequẽtibus. dicto tit.7.lib. 9. Recop. népè, vt cõtrá me aliqualis petitio fiat, & citatus audiri debeam habita causę cognitione, & testium receptione, ac tandem sentẽtia ferenda est: quiá in hac specie liquidum non est gabellæ debitũ, quod me vendidisse aut permutasse supponit, id quod sine partis citatione expediri nõ debet nec potest. Atq; ideó cùm sola legalis obligatio sit, via ordinaria experiri oportet, & impossibile est, quod locũ habeat executio ex regulis suprà traditis, quamuis vt dixi, breuiter & summarié procedatur: quod ità tota die practicari videmus, & intellexisse videtur Did. Peretius in. d. rub. tit. 1. lib.3.ordina. ver. ex quo deducitur.

34 Num.34.ibi.nu.5.C.de peri. & commo.rei.adde: & probat tex.in eadem.l.31.in fine. vbi si venditor denunciauerit gabellario, emptor non denuncians nullam pœnã incurrit: idemq; erit è contrario ex eadem iuris ratione, vt emptore denunciante nulli pœnæ subijciatur venditor nõ denuncians. Et cũ vterq; puniri valeat, solutione vnius alter liberabitur, ex notatis per Bald. & Doctores in.l.1.C.de cõdict. furt. atqui soluente eo, qui non tenebatur gabellam soluere, ab altero, cui solutio incumbebat, iure reperetur, vt notat Baldus in. l. cum proponas. C. pro socio. &. l. ea conditione. C. de rescin. vendit. refert & sequitur Matthæus de Afflictis tit. quæ sint regalia. vér. vectigalia. numer. 69. in vsibus feudo.

In eo. numer. ibi. vt lex illa disponit. adde: etenim si gabellarius

bellarius ignoretur, in culpa non erit venditor, qui gabellam non soluit, vt ex communi sententia resoluit Maschardus de probatio. 2. vol. conclus. 834. num. 12.

In eo. num. in fine. ibi. cap. 1. nu. 53. adde: & est ratio, quià actus solutionis alicuius debiti ex contractu, vel simili causa, ante noctem fieri debet: nec tenetur creditor, ac perinde gabellarius, noctu recipere, quià posset facile decipi, & regulare est, quod solutiones opportuno tempore fiant. l. si soluturus. D. de solutio. prout in specie voluit glossa in. d. l. more Romano. & ibi Baldus. numer. 3. ver. quartus.

36 Num. 36. in fine. ibi. con. 229. lib. 5. adde: quiá quamuis per prouisioné hominis, cesset prouisio legis. l. fina. C. de pactis conuentis. Conuentio illa accipiéda est in casu expresso, nempè circá quantitatem, non auté in casu omisso, nempè circá tépus solutionis, argu. eius, quod notat Oldradus apud Bald. in. l. Labeo ait. §. hęc autem clausula. per tex. ibi. & in additione. D. de arbitris. poterit autem gabellarius legales terminos prorogare, eo quod in rem suam minister est, iuxtà tex. & notata in. l. qui Romæ. §. Callimachus. D. de ver. oblig. & expresśim notat Baldus in. l. 1. nu. 13. D. de rerum diuis.

37 Num. 37. ibi. ver. *y el alcauala.* adde: in additione. in fine. ver. extrá quæro. quicquid neutrum viderit D. Gironda de gabellis. parte. 12. nu. 21. dicens, quod dicta. l. 125. quæ est. l. 8. tit. 7. lib. 9. Recop. nihil ad rem, cú tamen expressa sit: ait enim ea lex, quod si venditor, qui decimam occultauit, sponte sua ante litem inceptam debitum fateatur, simplum cum dimidio soluet: igitur in dimidio punitur. Quod si lite cępta per gabellarium, debitum confiteatur véditor absq; iuramento decisorio, dupli pœnam incurret, quicquid, vt vides sententia iudicis ante pœnitentiam lata non sit: ergó bené dixit Castellus in dicto loco id, quod suprá retulimus, quamuis ille auctor nihil eum dicere affirmet fui fortasse codicis errore ductus.

38 Numer. 38. ibi. fol. 18. ex pag. 1. adde: & Did. Peretius, vbi rationem asśignat, in. l. 36. titul. 9. lib. 6. ordi. & vide Ant. Gometium de delictis. cap. 1. num. 61. in fine. & l. Imperatores. §. idemq; rescripserunt. D. de publicanis.

In eo. nu. in fin. ibi. D. de cód. & dem. adde: qui enim paulum trásgreditur, nó vituperatur ex Aristo-

Aristotele lib.2. ethicorū. cap.
fina.& lib.4.cap.5. sed si nō mo
dicus defectus sit.vt quiá dimi-
dium gabellæ solui intra tem-
pus legitimum , & aliud dimi-
dium retinui inuito gabellario,
quæstio esse potest, an totius in
tegri dupli vel quadrupli pœ-
nam incurram, ex traditis per
Bald. in. l. 1.nu.7.C.si aduersus
rem iudicatā, & putem duplū
vel quadruplum eius , quod re
liquū est soluturū me esse,quià
& pecunia & pœna diuisionē
recipit,argu.tex.in.l. Seio ami-
co.D.de annuis legatis.

39 Num.39. ibi. mortaliter pec-
cat,ex ijs quæ.adde: præter Bar-
tolum & ordinarios in. l. vecti-
gal.D.de publica.& Bald. in. l.
veluti.nu.4. D. de iust. & iure.
resoluit,&c.

40 Num.40.ibi. animo occul-
tè contraxerit.adde:quod quan
do fieri dicatur, vide apud Bart.
& additionem ibi, in. l. sciant.
C. de his , qui ex publicis ra-
tio. mut. pecu. accipiunt.
lib.10.

43 Num. 43.ibi. confessorum
consuetudine.adde : iuxtà no-
tata per Bald.in.l. nemo. nu. 2.
ibi, vel consilijs prudentum vi-
rorum.C.de sent. & interloqu.
om.iudi.

44 Num.44.ibi.vltró restitue-
re.adde:præcipuè cúm vectiga
lis solutio non priuata, sed pu-
blica res sit,arg.tex. optimi in.
l.si quis rogatus.ibi, vt vltro ijs,
qui eam debet.D. de fideicom.
libert.

45 Num.45.ibi.inter Pythago
reos.adde: auctore Laertio in vi
tis philosophorum.

47 Num.47.ibi.quia regulari-
ter.sic lege & adde:quiá licet re
gulariter quicumq; venditor
gabellam non soluens,in dubio
præsumatur fraudandi animū
habuisse, eo quod intelligatur
facere contra generalem con-
suetudinem vel legem , quam
non debuit ignorare, vt in ter-
minis decidit Baldus in. l.leges
sacratissimę.nu.5.C.de legibus.
Dabilis est aliquis casus , cuius
exemplum statim subijciam,
in quo illa præsumptio cesset:ac
qui regulariter quóq;, vt pœna
committatur,&c.

In eo.nu.ibi.d.l.31.tit.19.lib.
9.Recop.adde : quæ ignorantia
satis excusat. l. qui in alterius.
D.de reg. iuris. etiàm ab omni
pœna, quæ propterea impone-
retur, vt notat Baldus in. l. 1. §.
hoc iudicium. nu. 3. D. si quis
ius dicenti non obtempe.

49 Num.49. in fine. ibi. D. de
publica. adde : secús autem ad
pœnam dupli vel quadrupli re-
gijs legibus statutam, prout ex-
presse voluit Bald.in.l.3.§.quod
autem.D. quod quisq; iuris di-
cens, quod si statuto caueatur,

vt non

vt non aſsignans obligationem in æſtimo communis, non poſſit agere, & inſuper pœnam centum libratum incurrat: & teſtator ius ſibi cõpetens non aſsignauit: quod hæc pœna non tráſit ad hæredem quantum ad punitionem per modum condemnationis ad illa centũ: & quod totadic poteſt de facto occurrere in ſtatutis de gabellis.

52 Num. 52 ibi. illud conſtare. adde: quod licet per legem iuſtè imponi poſsit ratione contemptus, vt ait Baldus in. l. rogaſti. ver. extrà quæro nunquid. ibi. ſed ponamus, dicit ſtatutum. D. ſi cert. pet. in foro, &c.

In eo. nu. in fine. ibi. Caſtro vbi ſupra. adde: & latiſsimé Couarr. de ſponſalibus. 2. part. cap. 6. §. 8. ex nu. 10.

53 Num. 53. ibi. D. de publica. adde: quam ad hoc allegat Bartolus in. l. 2. C. de nauicularijs. lib. 11.

In eo. nu. in fine. ibi. ſetenar. adde: & eiuſmodi pœnæ commiſſæ conductoribus gabellarum applicandæ ſunt, nõ fiſco, vt notat Baldus in. l. 1. nu. 10. C. de fructibus & litiũ exp. de quo vide Auend. de exeque. mand. 1. parte. cap. 2. nu. 13. & Baldum in. l. creditor fundum. in principio. D. de actio. empti. & Matthæum de Afflictis tit. quæ ſint regalia. ver. vectigalia. nu. 77. in vſibus feudo. vbi reſoluit, quod conducens gabellas, videtur quoq; conducere pœnas delinquentium: quod ait notandum eſſe, quià iàm vidit de hoc dubitari.

55 Num. 55. ibi. D. de ver. ſign. adde: nàm nec pro ipſo pretio venditori ſoluendo pignerata manet, vt reſoluit Baldus in. l. prætextu. num. 2. C. commodati.

56 Num. 56. in fine. ibi *los cogedores*. tit. 5. part. 5. adde: quem etiàm vide in. l. 13. ver. *lo mandare*. tit. 18. part. 3. & tex. in. l. creditor fundum. in prin. ibi. à conductore ſaltus. D. de actio. empti. vbi Baldus notat pro emptoribus gabellarum. & eũdem Baldum in rub. in fine. C. ſi propter publicas penſitatio. & án res, quæ cõfiſcantur propter gabellas non ſolutas, poſsint emi cum bona cõſcientia, vide apud Bald. in. l. iubemus nulli. nu. 3. ver. quęro hic. C. de ſacroſ. eccleſ.

57 Num. 57. ibi. C. de priuile. fiſci. adde: & vide Baldum in. d. rub. C. ſi propter publicas penſitatio. nu. 2. in fine. ibi, poterit detineri perſonaliter. vbi additio allegat tex. in. l. miſi opinatores. C. de exacto. tribut. lib. 10. & vide Bart. cum additionibus in. l. nemo. C. eo. quam legem allegat

allegat Xuarez de Pace. in practica.1.tomo.parte.5 nu.4.& vide Baetium de inope debitore. cap.13.ex nu.14.vbi latè agit, an debitor tributorum possit bonis cedere, de quo est tex. in l. 5 tit.9. lib.9. Recop. ex quibus omnibus apertè intelliges verã rationem,&c.

58 Num.58.in fine.ibi.nu.183. delega.r.adde: qui latè disputat in pract. quæstio. lib. 1. quæstione.1.

59 Num.59.in fine.ibi.dicto loco.nu.46.adde: soluet autem gabellæ debitum quatenús defuncti bona sufficient, etiám si hæredem ex persona sua priuilegiatum esse contingat: quiá priuilegiatus succedens non priuilegiato, non gaudet priuilegio suo. l. si intrà. & ibi.glo. C. de non numera. pecu. l. Polla. C. de hisquibus vt indignis. & l. cum filius. ff. in hac. D. de ver. oblig.

61 Num.61.in fine.ibi.l. 1. C. vbi senatores vel.adde: quin etiam hac specie negari non potest, quicquid aliud non rectè voluerit Baldus in l. cũ mulier. nu.5.ver.tertió arguo sic.D. soluto matrimo.dicens, quod nõ soluere gabellas, non est delictum, vel turpitudo, nec dolus malus: quia tale debitum gabellarum non descendit á iure gentium, sed vsurpatũ est, hoc est, non debitum ex rigore iustitię, vt ipse aliás dixit in tit. de his qui feudum dare possunt. num. 41. in vsibus feudorũ. Etenim eius dictum iure non procedit, vt constat ex ijs, quæ diximus suprá in præfatione numer.30.

62 Num.62.ibi.& dicemus infrá cap. 19. in prin. adde: argu. tex. optimi in l. qui id quod.in prin. D. de donatio. vbi causa & origo obligationis, non noua conuentio inspicitur. & tex. in. l. quod si maritus. in prin. D. de constitu. pecu. nullaq; causa delicti est, cum fraus & occultatio deficiant, de quibus suprà isto capite.nu.61.nec se ipsum,&c.

64 Num.64.ibi. proditum est. adde: quæ enumerat. l. 3. tit.1. lib. 6. Recop. cum notatis in. l. vnica.&c.

65 Num.65.ibi.D.de mune.& homo. adde: & l. fina. sumpto argumento ab speciali. D. de priuile. vetera. &. l. 80. in quat. gabel. quæ loquitur in fideli. &. l. 8. titul. 33. lib. 9. Recop: quæ loquitur in collectore illius tributi, quod moneda forera vulgó dicitur, viro nobili,&c.

In eo.nu.in fine.ibi.ex genere nobilium. adde: electus autem appellare debet, iuxtà tex. in l. si adscribatur. C. de appellatio. & ibi Bald. & tex. in. l. fina.

auth. ad hæc! §.fin. in fin.C.de Latina libert.tolle.

70 Num.70.ad fin. ibi.tempore præscriptionis. adde: & facit in argu. quod tradit glos. in. ci si seruus. verb. triennium. 54 distinctione.

In eo.nu.in fi.ibi. *Apuntamientos appellamus.* adde: quin immo circa intellectũ & praxim prædictarum legum.19. &.20. tit.17. lib.9. Recop. alia multa notanda sunt: videlicet; quod prædicta d.l.19. solum loquitur in hac regia decima, atq; ita in ea sola decima obseruanda erit. At vero prædicta.l.20.loquitur in quocunq; Regio tributo:atq; in omni tributo Regio præter decimam obseruabitur,absque limitatione: d.l.19. secundum quæ supra diximus. Insuper; quod prædictę præscriptiones; de quibus in vtraq; illa lege,locum habent, duntaxat contra regios gabellarios,secus contra ipsummet Regem & eius collectores: quia sicut ius ipsum principale exigendi gabellã á quocunq; venditore, aut permutante, præscribi non potest contra Regẽ,ex.l.1.tit.18.lib.9. Reco.& dicemus infra.c.19.nu. 3.ita & particulare,seu singulare debitũ pecuniariũ ex eo iure descendens non potest præscribi,vt expresse decidit.d.l.20. ibi. *Y no aya lugar a lo que a nos es o fuere deuido.* Præterea, quod prædictæ præscriptiones nedũ locum habent in regijs gabellarijs,de quibus loquuntur illæ leges, sed etiam in gabellarijs dominorum,quia leges istæ gabellariæ generaliter in quibuscunq; gabellis,siue actu Regis, siue origine,quales sunt dominorum gabellæ, obseruandæ sunt ex ijs, quæ diximus supra isto capite. nu. 23.in additione. aliás melioris conditionis illi essent, quam Regi, si in eis obseruaretur decisio iuris communis,de qua in.l.2.C.de vectigalibus. q: nulla ratio suadet. Vltimo,quod dicitur in.d.l.19.ver. *Y porq̃ en algunos lugares*,quocunq; tempore gabellas peti posse in locis dominorũ, Abbatiarum, & ordinum, intelligendum esse in gabellis ad Regem ipsum, vel suos gabellarios pertinentibus: secus, si gabellæ illæ ad ipsos locorum dominos pertinuissent,quia tunc contra eorũ gabellarios rectè præscribetur, ex dictis legibus, vt iam dixi. Contra ipsos autẽ dominos qualiter præscribi possit, diximus sup. isto.c. nu.23.in additione.

75 Num. 75.ibi. D. de solutio. adde: circa quam Philosophatur Baldus in, l.liberti.num.8. C.de operis libert.

79 Num. 76. in fin. ibi. cap.1. de locato. adde: & adductis per

Euerardum in locis, argu. legalibus. loco. á correlatiuis. numer. 8.

77 Nu. 77. ibi. testimonium iudicetur. adde: nam isto casu etiã inter ipsos contrahentes irrita non est venditio: vt probat tex. in. l. 29. ver. *Mas si desacordassen*, tit. 5. par. 5.

In eo. nu. ibi. venditio confirmaretur. adde: contra text. & notata per Bald. & Doctores, in. l. omnibus. C. de testibus.

In eo. nu. in fin. ibi. de iureiurando. adde: quibus non satisfacit D. Gironda aliud tenens de gabellis. 4. par. in prin. nu. 25.

78 Nu. 78. ibi. in. l. deferre. D. de iure fisci. adde: & ex pluribus resoluit Iaco. Philip. Portius cõsil. 21. libr. 1. quorum opinionem secuta est. l. 36. tit. 16. par. 3.

81 Nu. 81. ibi. Menochius. vbi supra. nu. 14. adde: & vide Baldum optime loquentem in. l. si ea lege. nu. 3. C. de vsuris. & plura apud Matthæũ de Afflictis. titul. quæ sint regalia. ver. vectigalia. num. 188. in vsibus feudor.

83 Num. 83. vbi Salmanticæ. adde: & per Bal. in dict. l. licet. num. 5. C. de locato. & in. l. si ea lege. nu. 2. ver. cum veró emũtur. C. de vsuris. quem refert & sequitur Matthæus de Afflictis vbi supra. nu. 120.

In eo. nu. in fin. ibi. regni cõuentionis. adde: sed an leges istæ Regię, quæ casus fortuitos non admittunt, intelligendæ quoq; sint in casibus fortuitis nimiúm in solitis, vide apud Iacob. Menochium de arb. iudi. quæstio. casu. 80.

84 Num. 84. ibi. D. de pericu. & commo. rei. ven. adde: & vide Bald. in. l. vtrum. in fin. D. de petiti. hære. vbi ponit quæstioné.

86 Nu. 86. in fin. ibi. nu. 3. colla. 9. adde: & in decima ecclesiastica vide Did. Peretium in. l. 1. tit. 5. libr. 1. ordi. colu. 106. ver. vlterius. & Bart. in. l. 1. C. de exactoribu. libr. 10. per glo. in cap. de decimis. 16. quæst. 1. aliàs. cap. decimæ. 1. quæst. 1.

87 Numer. 87. ibi. D. de re iudicata. adde: & concinit quod tradit Baldus in. l. procurator. ver. & ista faciunt. D. de procurat.

88 Numer. 88. in fin. ibi. ratio decidendi. adde: & facit text. in. l. quotiens. 44. D. de adqui. hæred. & Bart. in. l. in ratione. §. quod vulgo. num. 6. D. ad leg. falcid.

89 Numer. 89. in fin. ibi. conuent. regni. adde. cum. l. 13. tit. 2. par. 3.

90 Num. 90. ibi. recte poterit illud testari. adde: à principio factæ capitationis.

In eo. nu. ibi. capitationis beneficio vti volunt. adde: vel saltem

ſaltem vti cœperunt à principio, iuxta formam traditam in conditione. 28. dictæ generalis regni conuentionis. Et vnuſquiſq; tenetur ad pecuniã ſibi diſtributam, oſtenſo ſcilicet ei quaterno, in quo fuerit deſcriptus, & quidem via executiua cõpelli poteſt, iuxta diſtinctionem noſtram, de qua ſupra iſto cap. nu. 3. 4. in additione, aliàs ni ſi ei quaternus oſtendatur, ſoluere nõ tenetur ex notatis per Bart. in. l. 1. num. 1. C. de exact. trib. lib. 10. & vide Auil. in tract. iudicum ſyndicatus. cap. 18.

Quin immô per prædictam conditionem generalis conuẽtionis rectè deciditur, qualiter ſi qui grauatos ſe eſſe dixerint, reuideri ſemel debeat illa diſtributio. Idem in conditione. 20. & 31. quod quidẽ inter priuatas perſonas nõ ſolum fiet per appellationem, vel reclamationẽ grauati ad iudicẽ, iuxta tradita per Auen. de exeq. mand. 2. par. c. 14. nu. fi. Sed etiã per competitionem iſtius ad aliquem, cui gratia & fauore remiſum eſſe putet, fieri poterit: ſcilicet petẽdo, vt ſe illi parẽ efficiant computatis bonis, ſeu fructibus, quos vterq; habet venales. Id quod multotiens in praxi receptũ vidi, & vulgariter dicitur, *To me quiero igualar con fulano*, vt ſcilicet mihi diſtribuatur quantum illi reſpectiuè diſtributum eſt: quo ſanè pactó per æquatorum fraudes detegi ſolent, & ad hoc eſt text. elegans 19
in. l. qui grauatos, ibi: competitionis habeant facultatem. C. de cẽſibus & cenſitoribus. lib. 11. quem ſic debes intelligere: id enim ſignificat verbũ illud, competitionis, quia competere aliquãdo eſt parem eſſe, vel fieri, vt notat Calepinus: verb. competitrix. quicquid gl. in ea lege, ſic interpretatur, ideſt, cõquerendi per appellationẽ. Inquiunt autem illæ conditiones generalis conuentionis Regni, quod poſt hanc ſecũdam refectionem, ſeu remiſsionem factam, amplius reluctari. &c.

In eo, num. in fine. ibi. cognoſci poſsit. adde: ſed an prima illa diſtributio interim, quod reuidetur poſt grauati reclamationem, iuxta formam in dict. conditione. 28. via executiua exigi poſsit, vide Bart. in. l. Iulianus. nu. fi. D. de condictio. indeb.

Et aduerte, quod forma diuiſionis, ſeu diſtributionis faciendæ inter ciues, de qua in dict. conditione. 28. & alijs nõ eſt neceſſario ſeruanda, ſi aliter ciuitas, vel locus voluerit debitam ſuæ capitationis quãtitatem ſoluere, ac inter ſe diſtribuere, vt expreſſe cauetur

in dicta conditio. 28. in fin. & resoluit Mencha. vbi supra dict. § 4. nu. 30. ver. deniq; in princ.
92 Nu. 92. ex prin. vsque ad nu. 95. in fin. sic lege: vicesimó nota, quod si qua ciuitas, vel populus, qui simul cum alijs in prædictã capitatione venerit, summam sibi distributam non soluerit, reliqui populi pro eo debito conueniri non poterunt, etiã si ex facto in solidum fuerint obligati ex conditione. 7. prædictæ gene. regni conuenr. cui conditioni tã salubri renunciari non poterit, vt putat Méchaca vbi supr. lib. 2. de succes. creatio. §. 15. nu. 2. in impressione Salmanticensi: & ibidẽ nu. 3. agit de cõditione. 8. eiusdẽ conuent. gener. quæ loquitur, quãdo aliquis populus durante tempore capitationis diminuitur, qualiter distributio sibi iniuncta diminui debeat. Quin vsq; adeo verum est, vnum populũ pro alio conueniri non posse ex decisione text. in. l. vnica. C. vt nullus ex vicaneis. lib. 11. vt sint, qui putent, consuetudinem in contrarium inductam iure nõ tenere, de qua re vide Pet. Peraltam in. l. legatorum petitio. in princip. ex nu. 3. de leg. 2. & circa conditionem. 9. gener. conue. quæ agit, qualiter quæ supersunt ex generali distributione, expendi debeant, vide Mencha. supra numer. 4.

Deinde principaliter notã, non male impropositio dubitari posse, an si ipsa ciuitas capitata, vel quiuis alius populus gabellas sui territorij locasset, vt fieri solet & iam dixi supra num. 90. ac deinde aliquid suum vendiderit, aut permutauerit, quod ad membra á se locata pertineat, veluti triticum, hordeum, vel fundum, aut quãlibet aliam rem, ad decimam pretij teneatur suis gabellarijs. Et quamuis quæstio hæc verissimé resoluatur ex ijs, quę diximus hoc in loco in prima editione: tamen quia difficilis adhuc visa est tã in iudicio, prout de facto incidisse scio, quam apud nouiores scriptores, qui illam denuo tractarunt, quid ego de hac re sentiam, dilucidius & explicatius libuit scribere. Etenim D. Garcia Gironda de gabellis. 2. parte. §. 2. nu. 35. me Ioannis Parladorij sententiam tenuisse testatur: ille vero Parladorius libr. 1. rerum quotidia. cap. 3. §. 1. num. 36. in secunda editione memet ab ipsius sententia discessisse conqueritur, cum tamen (vt ipse ait) suis argumentis quod primo faciendum erat, non responderim. Igitur vt rem omnẽ pro virili parte plenius expediã, & mens nostra percipiatur, notan-

notandum est, prout & illi Doctores scripserunt, quod Baldus in.l.emptor. nu.4.C.de hæred. vel actio. ven. ita ait: quidam conduxit à communi datium, vel gabellam salis, modo commune emit salem, & ille conductor petit á communi gabellam, nam emptoris onus est de iure communi, iuxta doctorum sententiam de qua supra cap.15. in prin. commune autẽ dicit se non teneri soluere, quia non locauit nisi ius, quod habet.l. q́d tabernas. D. de contrah.emptio. Sed non habet ius contra se ipsum exigendi & petendi gabellam salis, ne sit idem debitor & creditor ex notatis in dict.l.emptor ergo.illud non locauit prædicto gabellario. Quam quæstionem inquit determinatam fuisse per D.Rayne.in.l. licitatio. §. fiscus. vbi etiam Bartolus eandem sententiam tenet. D.de publica.& facit, quod in generali sermone persona loquentis videtur excepta.l.inquisitio. C.de solutio. exornat.Ber. Diaz in regu. 307.vbi ad hanc quæstionem applicat additio Doctoris de Salcedo allegato Baldo in dict. l.emptor. agit Boerius decisione. 213. vbi tandem cogitandũ relinquit. atqui hanc opinionẽ secutus est prædictus Gironda vbi supra.nu.34.

Sed contrariam sententiam in terminis illius quæstionis, de qua per Bal,in.d.l. emptor.tenuit Bart.sibi contrarius in cõs. 226.incipit, cauetur statuto, dicens, quod prędictũ commune ciuitatis tenetur suis publicanis gabellã soluere ex ea venditione: id quod tenet duplici fundamento. Primũ est, quia licet cõmune ciuitatis de iuris rigore esset absolutũ á gabellæ solutione, debet tamẽ soluere, & se legi, seu statuto municipali submittere, sicut Imperator.l.digna vox.C.de legibus.quem videmus Falcidiam soluere ex legato, sibi relicto, iuxta not.in. l. 1.§. ad municipiũ.D. ad legem falcid.quod fuit alius argumentum eiusdẽ Bartoli, dum de fisco ageret in.l.1.nu.7.C.de naui cul.seu nauibus publ.lib.11. Secundum est, quia illud commune generaliter locauit gabellam ex omni contractu, nullum excipiendo, ergo restringere non possumus.l.de pretio. D. de publica. Nec obstare inquit prioris sentiæ fundamenta: quia primo non obstat dicere, verisimile non videri, quod commune voluerit statuere contra se ipsum, & quod in generali sermone non intelligitur persona loquentis: quia respondet Bartolus contrarium in hoc casu obseruandum esse

propter æquitatem, quam debet habere princeps submittendo se legibus, quæ sibi videtur fortior præsumptio: & quia propterea, quod commune soluturũ sit gabellas ex suis contractibus, maius pretium, siue mercedem videtur percipere à suis publicanis ex ea locatione. Secundò, sibi non obstat text. in dict. l. licitatio. §. fiscus. vbi postquam fiscus gabellas suas locauerit, si aliquid vendat, non tenetur quidquam gabellæ nomine soluere publicanis: quia respondet illud. Ita fieri duplici ratione, tum quia vectigal in specie illius text. de mercibus soluendum est, fiscus autem nunquam mercatur, ergo non debet soluere: tum etiam, quia speciale fisci priuilegium est, aliàs enim si vigore generalis dispositionis de vectigali soluendo fiscus non comprehenderetur, non fuisset necessaria dispositio illius. §. fiscus. pro dicto fisco. Et quod sit priuilegium fisci, quod in dicto. §. dicitur. aperte probari putat Bartolus ex illo verbo, immunis, quasi dicat text. licet fiscus iure communi adstrictus sit, tamen singulari fauore ei concedimus hanc immunitatem. Nec tertio obstat Bartolo illa regula, quod nemo potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habet: nam respondet, verum id esse contra tertium, secus contra se: nam nunquam reperitur, quod ego sim mihi obligatus, & tamen possum me alteri obligare: vt sic in proposito, licet commune non haberet contra se obligationem soluendi gabellam, potuerit se gabellario ad soluendum adstringere. At quiistam partem, quod generaliter quęcunq; vniuersitas, siue persona, quæ gabellas sui territorij alij locauerit, si aliquid postea vendat, ad gabellæ solutionẽ teneatur suo conductori, præter fiscum in quo aliud speciale iure statuitur in dict. §. fiscus. & in. l. 3. tit. 18. libr. 9. Recopilatio, constanter tenet Io. Parladorius vbi supra, ex auctoritate Bartoli in dict. consi. 226. & ea peculiari ratione, quia contra eum, qui legem potuit dicere apertius, interpretatio facienda est, reg. contra eum. de regul. iuris. libr. 6. l. veteribus. cum similibus. D. de pactis. Igitur contra illum vectigalium locatorem: quia debuit apertius in locatione pacisci, sibique cauere, meritò iudicandum esse putat.

Ego vero pro vera & plana istius quæstionis decisione ita distinguo: aut enim is, qui ius gabellarum locat plenus est

&ve-

& verus illius iuris dominus veluti fiscus, ciuitas superiorem non recognoscens, aut quicunque alius dominus temporalis, aliás regi subiectus, veluti Comes, Marchio, vel Dux, & quiuis alius alicuius territorij gabellas habens iure proprietatis, iuxta text. in c. super quibusdã. de verb. signi. & in his proculdubio æqué dicendum est, verissimam esse priorem sententiam Baldi in d. l. emptori. & Bartoli in d. §. fiscus. quos magis communiter Doctores sequuntur contra eundẽ Bartolum, sibi cõtrarium in d. consi. 226. prout refert Boerius in d. decisi. 213. numer. 2. dicens, quod precedens opinio verior est & communior; quamuis ille, nec alius, quidem viderim, Bartoli fundamentis pro contraria sententia adductis plene respõdeat: quod ego si prestitero, operæpretium me facturum esse existimabo, tum vt communẽ opinionem defendã, tum etiam, vt Parladorij voto satisfaciã, qui suorũ argumentorum, si qua sunt præter argumenta Bartoli, responsionem desiderat.

Igitur, vt dixi, quotiens fiscus, aut quiuis alius dominus gabellas sui territorij locauerit, quidquid postea vẽdat, nullam in eo loco gabellã debet, quamuis aliter sibi in locatione non caueat, quia cum ipse sit dominus illius iuris, quod locatum est, nec enim iuris locati proprietas in conductorẽ transit. l. non solet. D. locati. sed solus vsus illius iuris; sicut cuiuslibet fundi; aut alterius rei locatæ, conductori conceda tur, vt est manifestum, impossibile sit, quod ex eo iure conducto plus iuris habeat gabellarius, quam ipse dominus locator; sed sic est, quod iste dominus ex eo iure nullam contra se ipsum obligationem habet vendendo, aut permutando in suo territorio, ergo nec ille gabellarius: quod in effectu est omnium Doctorum argumentum, qui hanc partem tenuerunt. Et hoc est, quod tradit text. in dict. l. licitatio. §. fiscus. cuius decisio generalis est ex identitate rationis in quocunque domino sua vectigalia locante, licet is quidem fiscum non habeat.

Nec obstat primum argumentum Bartoli desumptum, ex d. l. digna vox. C. de legibus. quia illud procedit quoad alios, vt scilicet Rex, aut Imperator se in alterius fauorẽ legi subijciat, vt contingit in legato eidem relicto, ex quo Rex se ipsum legi falcidiæ subdens, quartã hæredi soluit, ex notatis

in dict. l. §. ad municipium. D. ad legem falcid. quæ sic debet intelligi. Secus autem quoad se ipsum: ita quod, licet rex vel Imperator statuat, vt venditores decimam pretij soluant fisco regio, & dignum sit Reges se ipsos legibus subijcere, impossibile est quod hac lege teneantur, eo quod iure naturæ alius est debitor, alius creditor: nec vna & eadem persona, sibi ipsa debere possit dict. l. emptor. C. de hæred. vel act. vendita. & l. vti frui. D. si vsusfructus peta. & l. si communi fundo. D. de seruit. rust.

Secundo non obstat, quod ciuitas superiorem non recognoscens, aut quilibet alius vectigalium dominus, generaliter locauerit gabellam ex contractu venditionis & permutationis, iuxta nostras leges regias, nullam quidem venditionem, aut permutationem excipiens, ergo restringere non possumus, quod & secundum Bartoli argumentum in allegato consilio: quia respondeo, manifeste eam generalem locationē intelligendam esse de omni contractu, ex quo locatori gabella competat, scilicet exceptis ijs venditionibus, aut permutationibus, quæ iure, aut priuilegio immunes sunt: quia vere locat, quod habet, & prout ipse eo iure vsus est, aut vti potest, per text. in dict. l. qui tabernas. D. de contrah. empt. at ex suo contractu gabella, sibi non cōpetit ex supradictis, igitur eam non videtur locasse. Et hoc est, quod dicitur, neminem posse plus iuris in alium transferre, quam ipse habet. Nec elidit istā rationem euasio Bartoli in dict. consi. 226. ad fin, dicentis, verū id esse contra tertium, non contra se ipsum, prout contingit in obligatione: atque ideo in proposito dicendum sit, quod licet illi domini locatores non essent, sibi ipsis obligati pro gabella, potuerunt tamen se obligare gabellario. Quia facile respondeo, quod ille dominus locans ius gabellarum sui territorij, non illud extendit, aut imponit de nouo, sed quod semel creatum & impositum est gabellario concedit per locationem: id quod manifestum est, tum ne actus agentium vltra eorum intentionem operētur. l. non omnis D. si cert. pet. tum etiam, quia si contra se de nouo aliquod ius crearet locator in eo locationis contractu, necessario illius iuris dominium in conductorem transferret contra naturam locationis. d. l. non solet. D. locati. quia in se ipso non posset radicari, aut sustineri ex regulis supradictis. Quod

sane

fane cessat in simili obligationis per Bartolum considerato: etenim obligatio ipsa in totum creditori adquiritur, & nihil iuris in fauorem debitoris manet, quod esset impossibile: at in locatione impossibile etiã est, quod conductor habeat, ex vi ipsius contractus, quod locator ipse non habet, nec habere possit. Posset autem illud procedere in venditione, per quam nõ dubito, quin si dominus aliquis gabellas sui territorij in perpetuum vendiderit certo pretio, & postea ipse in eo loco vendendo, aut permutando contraxerit, ad solutionem decimæ teneatur: quia per illam iuris alienationem non solum vendit & cedit ius, quod in sua persona radicatum est, sed & quod rex (cuius primordialiter omnia vectigalia sunt, vt in toto titul. C. quæ sint regalia. in vsibus feudor.) sibi prius concessit ex priuilegio, aut ex tolerantia, iuxta. l. 1. tit. 18. libr. 9. & l. 2. tit. 15. libr. 4. Recóp. & sicut rex à principio habebat ius cõtra istum primũ dominum in eo territorio pro exigenda gabella, sic & secundus eodem iure potietur: quod non disputo.

Nec prætereà in quæstione nostra negotium facessit alia Bartoli argumentatio, dũ considerat priuilegium speciale induci pro fisco regio in dict. §. fiscus. Ac proinde aliud in reliquis dominis dicendum fore: quia immó, vt ex supradictis aperte constat, potius tenendum est in eo text. non tam speciale aliquod ius induci, quã ius commune doceri, prout ipsemet Bartolus melius docuit in eodem. §. fiscus. & latius dicemus infra capit. 19. nu. 8. nec immorabitur nos verbum, immunis, ab eodem Bartolo considaratum in prædicto consilio, quia immunis nihil aliud significat, quam eum qui munia publica præstare non tenetur, siue quidem iure, vt in fisco, siue ex priuilegio, vt in alijs id fieri contingat.

Et vltimo non obstat argumentum Parladorij desumptũ ex regu. contra eum. & d. l. veteribus. cum similibus. Quia facile respondeo, frustra eum cauere, sibi desiderari in ea locatione, cui iure prospectum est, vt ex supra resolutis satis superque constat: prædicta enim regula in dubijs locum habet, vt late explicat Baldus consi. 413. nu. 3. lib. 5.

Aut veró (vt ad principalem nostram distinctionem redeamus) is, qui ius gabellarum locat, non est verus illius iuris dominus, sed ab alio conductum

habet, prout contingit in côductore maiori, qui alij relocat: & in ciuitate vel villa, seu quocûq; alio loco, qui speciale sui ipsius, aut generalem Regni côuentione susceperit, siue à Rege, siue à quocunq; domino; quam nos encabeçamiento vulgò dicimus; & gabellas sui territorij alijs locauerit, quæ est propria species quæstionis nostræ: & tunc, si postea aliquid vendiderit, aut permutauerit, nec à principio in ipsa locatione, sibi cauerit, constanter dicendum, ac iudicandû puto, eum pro gabella suæ venditionis, aut permutationis suo conductori teneri, non minus quam si ipse minor conductor non ab ipso conductore maiori, ciuitate, vel loco, sed à Rege ipso, vel domino à principio & immediate conduxisset. Et est ratio manifesta: quia totum illud ius, quod ille primus ab alio côduxerat, huic secundo conductori per relocationem concedit. l. nemo. C. de locat. Ac proinde fit consequens necessarium, vt sicut iste primus, vel maior conductor vero illius iuris domino teneretur ex ea venditione, aut permutatione, si non conduxisset; ita & huic secundo conductori, in quem totum illud ius translatum est, quoad vsum & commoditatem pro tempore locationis, obligari debeat: cessant enim isto casu omnes rationes & argumenta, quæ in contrariam partem pro fisco regio, & ciuitate superiorem non recognoscente, aut alio quocunque domino Doctores notant & superius adduximus, prout manifestius est, quam vt nos amplius immorari oporteat.

Rursus notanda est elegans quæstio, quæ iam mihi semel de facto contigit, & frequenter potest contingere in materia istius capitationis locorum: ecce locus quidam, siue eius concilium cum Rege, vel alio suo domino capitatur, & gabellarum iura in se assumit pro certa quantitate Regi soluenda: & cum quidam forensis, vel quis alius prædium suum in illius loci territorio situm vellet vêdere, aut permutare, accedit ad proceres & côcilium populi dicens, se velle priusquam prędiû illud vendendum exportat, de soluenda gabellæ quâtitate côuenire, & pręfationibus habitis tandem conuentum est, vt decem aureos soluat gabellæ nomine pro ea venditione, siue pluris, siue minoris vendatur: qua conuentione supposita ille vendit prædiû suum mille aureis: concilium autem populi videns se nimium læsum esse in

ea conuentione, eo quod centum aureos ex illius venditionis decima habiturum esset, & non nisi decem habeat, in integrum restitutionem petit aduersus conuentionem & integrum decimam illius pretij, sibi dari. Quaesitum est, quid iuris? & Consultus pro venditore respondi, vel hoc precipuo fundamento, quia restituere est in pristinum statum respondere, siue reducere. l. quod si minor. ff. restitutio. & ibi Bart. & alij. D. de minoribus. cum allegatis per Marantam de ordin. iudicio. 6. parte. titul. de appellationum. 77. quod nedum ipsi minori restitutionem petenti, sed & aduersario quoq; concedendum est, ita vt vterque in eo statu respondetur, in quo ambo erant ante conuentionem. l. 1. C. de reputatio. &. l. 2. titul. 25. part. 3. cum resolutis per Bern. Diaz reg. 219. ver. tertius est. & quae late diximus supra cap. 14. num. 48. quod quidem si fiat, manifeste apparebit nullam gabellam eum venditorem debere, eo quod tempore conuentionis super gabellae solutione factae, nondum erat venditio contracta, & liberum erat venditori vendere, vel non vendere: & si postea vendidit, vendidit quidem supposito pacto de certa quantitate soluenda gabellae nomine, absque quo non esset venditurus: quia pactum inhaerens contractui, prout hoc inhaerere videri potest respectu gabellarij, siue concilij populi, cum quo de gabella conuentio illa facta est, inducit causam, sine qua non est consensus in principali. l. 2. cum materia. D. de in diem additione. &. l. 1. D. de rebus eorum. Cum ergo haec venditoris in pristinum statum repositio nullatenus fieri possit, eo quod venditio cum emptore contracta ad petitionem illius concilij rescindi non debeat, nec possit, quia emptor cum concilio ipso non contraxit, nec concilium quidem poterit restitui, alias enim captiosa restitutio foret, quod esse non debet, arg. text. in. l. qui autẽ. ver. praeterea. D. quae in frau. cred. Igitur si concilium nimis laesum esse appareat ex ea conuentione, eo quod pluris eiusmodi conuentiones fieri solent, aduersus suos rectores & administratores, qui rem eius male administrarunt, agere poterit, & ipsi instar tutorum ad omnimodã satisfactionem tenebuntur, vt alias inquit. text. in auth. de hered. & falcid. §. illud quoque. ver. pupillis. ibi. & per viam cõtra negligentes curatores. colla. I. sed an cõuentiones istae factae cum

cum rectoribus concilij populi, finito illorum officio expirent, vide Bartol. in. l. si finita. §. si quis metu. num. 5. & additionē ibi litera. h. D. de damno infecto.

Præterea nota, frequenter dubitari, an pro debito capitationis Regi, vel alij domino nō soluto decuriones ciuitatis & alij officiales concilij carcerari possint, prout alius quilibet singularis gabellarū debitor iuxta l. 130. in quat. gab. de qua diximus supra isto cap. numer. 57. & quidem si vniuersitas est in mora, capi eos posse Gregorius consentit in. l. 13. glos. fin. tit. 2. part. 3. ex sententia Baldi in. l. etiam. num. 11. ver. modo ergo quæritur. C. de execut. rei iudi. id quod praxis quotidiana nobis ostendit, & est elegans & expressa decisio in condicio. 64. gener. regni conue. circa quam illud bellé dubitabitur, prout sæpe dubitatum vidi, an ista decurionum captura pro concilij debito locum habeat in ijs decurionibus, quia aliàs nobiles sint, quos ex proprio gabellarum debito carcerari non posse superius resoluimus isto capite. num. 61. deficiunt enim etiam in hac specie, de qua agimus, duo illi casus collectionis & conductionis, de quibus aliter peculiari ratione cautum est. in. l. 4. tit. 2. libr. 9. Recopilatio. vt latius supra explicuimus. numer. 62. cum sequentibus. & certe cum conditio illa. 64. expresse dicat, officiales istos capiendos esse propter defectum & negligentiam suæ administrationis, quasi ex delicto teneri dici potest, argu. text. in princ. Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto. vt locum habeat decisio text. in. l. 79. Tauri. quæ est. l. 6. titul. 2. libr. 6. Recop.

96 Numer. 96. ibi. interponendam. adde: vltra. l. abstinendum. &. l. fina. C. quorum appellatio. non recipit. &. l. 13. titul. 18. libr. quarto. Recopilatio.

In eo. numer. in fine. ibi. parte. 7. numer. 43. adde: quin & illud dubitari posse videtur, si Episcopus, vel quis alius ecclesiasticus gabellas habeat à Rege obtentas in aliquo oppido, cuius ipsemet dominus sit, an in earundem gabellarum causis ad Regem, vel ad Papam potius appellandum sit, de quo vide gloss. fi. in. c. secundo, de delictis pueros. Sed in hoc lege regia generaliter prouisum est, vt constat. l. 8. tit. 3. lib. 1. Recop.

Summa

Summa capitis de-decimi noni.

1 *Omnes cuiuscunque sexus, ætatis, & conditionis lex gabellaria comprehendit.*

Vniuersitates & loca personarum appellatione non continentur, ibid.

Paupertas à gabella non excusat. ibid.

2 *Aduenæ vendentes gabellarum solutioni obligantur, nullo immunitatis tempore obseruato.*

L. 6. tit. 4. libr. 7 ordina. vim legis non habet, ibid.

Alienigenæ illius tributi immunitatem habent, quod moneda forera vulgò dicimus. ibidem.

5 *Iura regalia sunt impræscriptibilia de iure regio, & quare.*

6 *Rex potest quoscunque dominos citare, vt ostendant titulos, per quos vectigalia exigunt.*

Iura & impositiones qualiter per dominos contra vassallos præscribantur sine Regis praeiudicio ibid.

8 *In actibus humanorum distinctio personarum esse debet.*

Regina etiam Regni nō proprietaria aliquid vendens gabellam non debet, ibidem.

Princeps Hispaniarū gabellam non debet ibid.

Infantes Hispaniarum Regiam decimam non debent, ibidem.

Dicta Apostolorum præferenda sunt legibus ciuilibus in definitionibus causarum. ibidem.

13 *Verbum, non posse, secundum bonos mores intelligendum est, nec ad absolutam impotentiam, sed ad difficultatē refertur.*

15 *Qui emit à persona immuni à gabella, si reuendit, gabellam debet, & quare.*

27 *Coloni clericorum fructus prædiorum vendentes gabellam debent.*

31 *Concessio decimarum facta Regi Francorum iure procedit.*

33 *Quis sit iudex competens in tertiarum negotijs, remissiuè.*

39 *Ponderatur l. primo gradu. D. quæ in frau. cred.*

43 *Fructus beneficij quando se crescentur.*

37 *Collector cameræ Apostolicæ qualiter spolia Episcoporum occupare debeat.*

50 *Nouitius non est religiosus, & obligatio eius ingressus qualiter accipienda sit, declaratur.*

Fratres

Additio in.c.XIX.

1 Vm. 1. ibi. conditionisq; sint. adde: vt aliás inquit text. in. l. promittẽdo. cũ glos. ibi. D. de iure dotium. & in. l. postliminium. §. fin. D. de captiuis. siue (inquam) masculi, siue fœminæ: siue sui iuris sint, siue in potestate constituti: & siue inter ascendentes & descendentes, siue inter extraneos contrahatur, ex notata per Bart. & additio. ibi in. l. vnica. C. de impone. lucra. descrip. libr. 10. & siue maiores sint, siue minores, vt diximus supra cap. 14. num. 44. in additione. & siue Christiani, siue ethnici: siue particulares personę, siue vniuersitates & loca, quæ personarum appellatione non continentur, vt tradit Baldus in rubr. nu. 2. C. de incertis personis: & ad Trebelle. & siue diuites, siue pauperes, quicquid paupertas à gabella excusare soleat, ex resolutis per additio. ad Bart. in. l. omnes. C. de annonis & tributis. libr. 10. & siue milites, siue pagani, iuxta. l. omnium. & l. ex præstatione. C. de vectigali. cum gl. in d. si publicanus. verb. mancipium. D. eo. titul. & siue nobiles, siue ignobiles, vel quacunque dignitate conspicui, quales sunt magistratus, Comites, Marchiones, vel Duces, & siqui sunt alij magnatum tituli: quia vbi de hoc iure agitur, nulla cuiusque dignitatis ratio habenda est. l. 4. in quat. gabel. & l. 1. tit. 18. libr. 9. Recop.

2 Numero. 2. ibi. quæ non ideó. sic lege: quæ sane leges non ideó iniustitiæ arguendæ sunt, &c.

3 Num. 3. in fin. ibi. difficultate. 9. adde: & vide Bald. in. l. 1. num. 33. C. de senten. quæ pro eo quod: Iasonem in. l. cunctos populos. num. 18. C. de summa Trini. & fide catho. Matthęum de Afflictis tit. quæ sint regalia. verb. vectigalia. num. 158. in vsibus feudo. quod quidem intellige, etiam intra decenniũ immunitatis, quod aliàs aduenis & alienigenis concessum erat per text. in. l. 6. tit. 4. libr. 7. ordina. quia cum ea lex in noua legum compilatione transcripta non sit, legis vim habere non potest ex constitutione regia, quæ de vi & auctoritate legum Recopilationis lata est, vt habetur in initio primi libri earum legum: solum enim reperitur, quod isti alienigenæ illius tributi immunitatẽ habẽt, quod *moneda forera* vulgo dicimus. l. 7. tit. 33. libr. nono, Recopilatio.

5 Num.

5 Num. 5. ex principio. sic le-le: sed & quamuis iura gabellarum & tributorum, tempore immemoriali præscribi possint de iure communi, vt tradit tex. in cap. super quibusdam. §. præterea. de verb. signi. per quem ita docet Bart. in. l. si publicanus. §. fin. D. de publica. & explicat Bald. in. l. cum in longi. numer. 8. C. de præscrip. longi tempo. & in cap. vnico. num. 3. quæ sint regalia. in vsibus feud. & late resoluit Laure. Siluanus consi. 96. incipit. prima fronte. ex nu. 4. & Io. Otalora de nobilitate. 1. par. cap. 3. nu. 11. de iure nostro Regio secus est, vt decidit text. in. l. 6. vbi Gregor. Lupus. verb. tributos. tit. 29. part. 3. & in. l. 5. tit. 11. libr. 2. fori. l. 2. tit. 9. libr. 5. ordina. & l. fin. ad finé. ibi. *Y las otras leyes*, tit. 13. libr. 3. ordina. quæ est hodie. l. 1. ver. fin. tit. 15. lib. 4. Reco. quam differentiam iuris communis & regij recte adnotarunt Baptista Villalobos in antinomia litera. P. nu. 27. & ibidem Olanus. nu. 49. & est ratio secundum Did. Peretium in. dict. l. fin. ordina. ver. *De los pechos y tributos*: quia tributa in morte & vita Regis semper sunt regno annexa, eo quod Imperium semper est superstes, & ideo præscribi talia non possunt, quia esset in diminutionem Regni, & contra vniuersale dominium. Quod ex eadem ratione videtur velle Io. Lupus in reper. cap. per vestras. 2. notab. §. 1. nu. 43. & generaliter tenet Couar. in reg. possessor. 2. par. § 8. nu. 7. ver. secunda rerum species. vbi allegat dictam. l. fin. tit. 13. libr. 3. ordin. refert & sequitur late resoluens Doctor de Azeuedo in dict. l. ii. ver. *Ansi mismo*, tit. 15. libr. 4. Recopila.

Itaque in materia istius regię decimæ, de qua agimus, nõ procedit præscriptio contra Regem quantumuis longissima, quia expresse, &c.

6 Numer. 6. ibi. Auendanius vbi supra. d. cap. 4. num. 20. adde: & in. 1. par. cap. 1. numer 30. ver. quod facit. & Ant. Menesius in. l. altius. nu. 6. C. de seruit. & aqua. vbi resoluit posse Regem nostrum quoscunque dominos citare, vt ostendant titulos, per quos vectigalia exigũt, & alia iura regalia exercent. Et Matthæus de Afflictis tit. quæ sint regalia. verb. vectigalia. nu. 20. in vsibus feudo. & in decisione. 400. numero. 12. atque ideo, &c.

In eo. num. ibi. *Aunque se diga*, tit. 1. lib. 2. Recop. adde: cæterum iura tributorum & aliæ impositiones quo tẽpore præscribantur contra vassallos per dominos particulares, siue Reges

gis præiudicio,vide text. in. l. 15. cum sequentib. titul. 27. libr. 9. Recopilat. & in. l. 8. titul. 15. libr. 4. Recop. de cuius intellectu agit Greg. Lupus in. l. 6. gl. magna ad medium. tit. 25. par. 4. & Auendanius vbi supra dicto cap. 4. ex nu. 13. & Couar. in regu. possessor. 2. par. §. 4. per totum. Qualiter autem in prædicta. l. 1. Recop. &c.

8 Num. 8. ibi. D. si vsusfructus petatur. adde: quia in actibus humanorum distinctioné personarum esse oportet, vt alius sit qui seruiat, alius cui seruitiũ exhibeatur, argum. text. in. l. seruus communis. la. 1. D. de stipul. seruo.

In eo. n. ibi. priuilegiũ esse dixerit. adde: idem Bart. sibi contrarius in consi. 226. quem refert & sequitur. Io. Parladorius libr. 1. rerum quotid. capit. 3. §. 1. num. 21. in prima, & secunda editione. Quibus abunde satisfecimus, supra cap. 18. nu. 95. & quicquid Regem, &c.

In eo. num. in fin. ibi. dicto cap. 18. nu. 94. adde: atqui quod de Rege ipso diximus, de Regina quoque dicendum est, vt si quid suum vendiderit, aut permutauerit, gabellã non debeat publicanis non quidem iure proprio, nisi ipsa sit Regni proprietaria, sed ex priuilegio, eo quod Rex suamet iura illi concedit. l. princeps. D. de legibus. l. 1. in fin. D. de iure fisci. & l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. notat Io. Corrasius lib. 2. Miscell. c. 25. nu. 8. quod idẽ in Principe nostro serenissimo dicere oportet: tum quia primogenitus Regis, eidẽ Regi æquiparatur, ex. l. 1. ver. *La otra*, tit. 14. part. 2. Tum etiam, quia cum videamus leges Regias principis officialibus immunitatem istam concedere fauore ipsius Principis, vt constat ex. l. 28. cum seqq. tit. 18. lib. 9. Reco. & ipsi quidem datum esse manifestum est, quia propter vnũ quodq; tale, & illud magis, auth. multo magis. C. de sacros. eccles. cap. causam. & ibi Doctores. de rescriptis. & l. legatis. D. ex quibus caus. maiores. vbi Bal. ex hoc argum. notat, quod cũ legato reipublicæ concedatur restitutio aduersus præscriptioné, & ipsi quoq; reipublicę à fortiori cõcedetur. Quin & quicunq; Infantes huius Regni tã masculi, quã fœminæ vẽdentes, aut permutantes decimam nõ debent: quia licet subditi sunt Regi. l. 16. & ibi Gre. glos. fina. titul. 28. part. 3. ac nulla lege regia priuilegiati reperiantur, generale, àc diuinum axioma est, Reges terræ á filijs suis tributum non accipere, sed ab alienis, vt annuẽte Domino

dixit Petrus Apostolus apud S.Matthæum in Euang. c. 17. in fin. dicti vero Apostoli præferenda sunt legibus ciuilibus in diffinitionibus causarum, vt ait Abb. in capit. super illa. de secund. nuptijs.

9 Nu.9.ibi. tit.6. par.1.adde: & alij relati per Olanum in Antinomia.litera.C.nu.37.

13 Num.13.ibi.consi.555 nu.13. vol.2. adde: scilicet de natura, iure, & facto, & secundum bonos mores, vt eleganter dixisse Bartolum in quodam consilio suo ait Baldus in.l. genero.in fin. D.de his qui notantur infamia.& adde.l. cōtinuus.§.illud. D.de verbor. oblig. &.l. 3.§.si quis sic. D. de statu liberis. Et quod dicit Baldus in. l. quod Seruius. num.2. D. de condict. causa dati. vbi inquit ista verba non ad absolutam impotentiam, sed ad difficultatem referri.

15 Num. 15. ibi. glos.13.nu.12. adde: quem refert & sequitur Didac.Peretius in. l. 12.gloss.1. titul.4.libr. 4. ordina. & additio, &c.

In eo.numer. ibi.in fin.glossæ.titul.7.partit.5. adde: & in.l. 3.titul. 14. partit. 1. relatus per Castellum in. l. 13. Tauri.verb. *Veynte y quatro horas*, in. 1. addictione. In fin. Et est idem iuris in emēte á fisco, vel Rege, vt notat Bartol. in auth.de non eligendo secundo nub.§.antenuptiali. num.6.col.1.& Montaluus in dict. l.5.partitæ.& faciunt plura, quæ adducit Pet.Peralta in.l.cum patronus.num. 32. delega.2.cuius resolutionis vltra prædictos Doctores ea est vera ratio, quia hæc gabella reuenditionis non soluitur ex cōtractu inito cum ecclesia, fisco, vel clerico, ratione cuius minime posset gabella emptori imponi, quia in damnum ecclesię, fisci, vel clerici vendentium redundaret, vt tradit Decius consi. 48. ver.quarto illa conclusi.volu.1.sed soluitur potius ex contractu distincto, &c.

17 Num. 17. in fin. ibi.diœcesanus.colu. pen. adde: & videtur text. in. l. licitatio.§.fin.D. de publica.cū notatis per Bart. consi. 226. incipit. cauetur statuto. ver. fin. quæ resolutio nedum in prædicto casu cōmunitatis locum habet, sed etiam in sotijs bonorum: quia licet tunc gabella soluta ex venditione rerum, quarum pretium futurum est commune, vtrumque socium in effectu tangere videatur, adhuc priuilegiū vnius alterū nō excusabit ex resolutis per Io.Gutier.in practicis.lib.1. quæst.6.nu.6.quemadmodum etiam si fundum aliquē simul cum re exēpta vno pretio vēdidero,

dero, putà fundum & libros aliquos, dubitari non licet, quin ex parte fundi regia decima solueuda sit, quamuis ex librorum parte immunitas locū habeat, de qua infra cap. 20. distributio ne pretij respectiuê per arbitros facienda, vt in casu de quo supra cap. 10. nu. 43.

19 Nu. 19. in fin. ibi. illius patris. adde: cui difficultati non satisfacit resolutio Io. Gutierrij in pract. lib. 1. quæst. 8.

24 Nu. 24. cum sequen. adde: D. de Salcedo in practi. crimi. cano. cap. 62. ex nu. 10.

27 Numer. 27. in fine. ibi. §. 1. num. 17. adde: quod ex eadem ratione facilius procedet in colonis clericorum, nempe ijs, qui sua prædia certa mercede conduxerint, vt scilicet si quos fructus ex ijs prædijs collectos vendiderint, ad regiæ decimæ solutionem teneantur. Et aliud est, quod voluit Baldus in. l. cū duobus. §. si in coeunda. D. pro socio. nempe quando ratione fructuum aliqua gabella solueretur, non ratione contractus venditionis.

31 Numer. 31. ibi. decimalium consistens. adde: quod recte laico concedi potest: & hoc modo Pontificem Regi Francorū decimas concessisse, ait Baldus in. l. si vsusfructus. in fin. D. de iure dotium.

33 Nu. 33. in fin. ibi. conuenrere. adde: & vide laté de terriarum iniustitia, & quis iudex de illis cognoscat. Ioa. Gutierrium in pract. lib. 1. quæst. 14.

34 Numer. 34. ibi hodiernum diem. adde: iuxta late resoluta per Castellum, qui alterius cōcessionis subsidij mentionem facit in procemio legum Tauri. fol. 9. col. 3. in additione.

38 Num. 38. ibi. Lupus in. l. 53. tit. 6 part. 1. adde: allegat plures D. Rojas in epitome successio. cap. 34. nu. 40.

39 Num. 39. ibi. vt creditoribus satisfacerent. adde: vel forte per ipsum hæredem deliberātem adito prætore, iuxta. l. Aristo. cum sequentibus. D. de iure delib.

In eo. nu. ibi. creatum à iudice. adde: iuxta. l. 1. D. de curatore bonis dando. & l. 12. tit. 2. par. 3.

In eo. num. ibi. Theophilus explicat. adde: ad quod alludit. l. primo gradu. ibi. famæ defuncti conseruandæ. D. quæ in frau. cred.

40 Numer. 40. ibi. quia scilicet. adde: veritate inspecta non clerici bona, qui iam defunctus est, nec hæredis qui nondum addit hæreditatem, vendita sunt, neutriusque negocium factum est, vt inquit rex. in. l. tertia. §. primo. D. de nego. gestis.

geſtis. Sed nomine potius hæreditatis,&c.

In eo.num.ibi.ℱ.fi.inſtit.de vſufructu.adde.l.cum hi.ℱ.modus.D.de tranſactio.etiam immunitas perſonę data.l.ętatem.D.de cenſibus.

In eo.num. ibi.D.de acqui. hæred.adde: & vna quodam modo hæredis & teſtatoris perſona eſſe cenſetur, vt ait tex.in auth.de iureiura.á mori.pręſti. in prin.colla.4.

In eo. num. ibi. miſta.D.de ſeparatio. adde: & gloſſ. in.l.1. ℱ.veteres, vbi Iaſon ex num. 18. D.de adqui.poſſe.cum alijs allegatis per Caſtellum in. l. 6. Tauri.verb. *De qualquier calidad*, in additione.ver. ex quo infertur. & infra plenius dicemus iſto.c.n.49.Quæ doctrina, &c.

41 Numer.41.ibi. ſpeciale eſt. adde: eo quod dum vidua eſt, imaginem mariti in ipſa viduitate repræſentat, vt ait Baldus in.l.cum te. C. de nuptijs. & notatur in capit. licet.§.mulier. de ſepulturis. libr. 6. & in cap. ex parte. D. de foro compet. refert Io. Lupus in rub. de donatio.inter virum.§.31.num.9. nec, &c.

43 Nu. 43. ibi. adminiſtratorē vendantur. adde: iuxta.l.11.tit. 15.in fin. par. 1.& cap.cum vos. de officio ordi.

In eo.nu.ibi.inſtar ſequeſtri. ſic lege inſtar laici ſequeſtri, cui ex officio ſuo fructus beneficij iudex commiſerit, vtpote ſi curatus nolit ſeruire beneficio, vel negligat, poteſt enim iudex eo caſu fructus beneficij apud ſequeſtrem deponere: non obſtante appellatione, per text. in capit. peruenit. el. 2. de appellatio. ex quibus fructibus ſic, vel ex alia cauſa venditis per ſequeſtrem, regia decima non debebitur, quia is non ſuum, ſed Eccleſiæ negocium gerit, ex bene reſolutis per Io. Pallad.&c.

44 Nu.44.ibi.Papæ.queſt.261. adde: relati per Ioa. Rugerium de Mota in repet.l.1.nu. 23.D. de teſtam.

48 Num.48. ibi. quotidianam praxim. adde: & regias literas, quæ in hoc expediri ſolent & debent, iuxta.l.18. ibi. *Y embiarlos a recaudar*. titul. 5. parit. 1. vbi Gregor. notat. & in. l. 11. verb. *Mayordomo*, tit.15.eadem part.1.

In eo.nu.in fin.ibi.per Epiſcopi obitum. adde: & per eiuſdem Cameræ collectorem, aut ſubcollectorem, qui ſunt Papæ procuratores, vt ait Bald.in.l.1. D.de officio proc.Cęſaris. Occupari ſolent ac debent, iuxta declarationem Pij quinti Papę, cōſtitutione.15.de ſpolijs clericorum. inter motus proprios.

50 Num.

50 Numer. 50. ibi. nouitius non est religiosus. adde: cum effectu, eo quod ad seculum redire potest, vt ait text. in cap. religioso. §. fin. de sent. excommun. libr. 6. & resoluunt Greg. Lupus in l. 7. verb. si quando. tit. 7. part. 1. Molina libr. 2. de primoge. Gispan. cap. 9. nu. 53. D. Franciscus Sarm. lib. 1. sellect. c. 5 nu. 9. & latissimé Tiraq. de ret. ligna. §. 1. gloss. 8. ex nu. 28. vbi in hac opinione residet, illud veré resoluens, quod obligatio huius ingressus ad religionem, non est pura sub cõditione quidem resoluenda, prout aliàs dicendũ videbatur: sed est potius cõditionalis à principio, videlicet si post annũ probationis placuerit, vt constat ex ijs, quæ ibi adducit. nu. 35. quin & illud notat. nu. 40. quod quãuis regulariter conditiones semel impletæ ad tẽpus contractus retrotrahãtur, iuxta notata in. l. si filiusfamilias. D. de verb. obli. in religiosi professione contrarium tenendum est, ex sententia Pauli de Castro consi. 432. lib. 1. id quod in nostra materia gabellæ soluendæ ex venditione, quæ interim medio tempore contracta fuerit; manifestissimum est ex eo, quod prædicta conditio huius ingressus potestatiua est, atq; ideo in præiudiciũ tertij, puta fisci, aut gabellarij, retrotrahi non possit ex ijs, quæ laté resoluimus supra. c. 5. nu. 18. quibus omnibus sic recté perpẽsis, & tota resolutione Tiraq. in prædicto loco dexteré considerata aperté constat, ex ipsius sententia non esse eã distinctionem, quam ex eiusdem auctoritate falso induxerũt D. Gironda de gabellis. 7. part. in prin. nu. 46. & Io. Parladorius lib. 1. rerum quotidia. cap. 3. §. 1. nu. 21. in secunda editione. erit autem prædicta nostra resolutio, vel maxime necessaria pro fratribus, &c.

In eo. num. in fine. ibi. locum faciat. adde: nisi forte simplex illa professio, quæ ab eisdem translacto biennio post ingressum & ante solennem professionem fieri solet, eos sic religiosos efficiat, vt quamuis bonorum suorum dominium retineant, á tributorum solutione reddat immunes, iuxta Gregorij XIII. Papæ constitutionem datã anno Domini. 1584. quod non disputo.

51 Num. 51. ibi. in prag. partis. conclu. 5. nu. 21. & 22. adde: & facit tex. in. l. vnica. cum ibi notatis per Bald. C. in quibus causis mili. fori. vbi dicitur, quod milites, qui aliàs fori priuilegium habent, si negotientur coram iudice ordinario conueniri possunt.

52 Nu.52. ibi. quia manducabis, adde: quod in clerico & licitum & laudabile est. l.46.tit.6.par.1.

In eo.nu. in fin.ibi. prææallegato. adde: & Pet. Rebuffus ad leges Gallicas.2.tomo.de mercator.minu.vẽd.art.1.gl.1.n.22.

55 Nu.55.ibi.lucrum corradat. adde: iuxta dictam.l. 46.tit.6. part.1.

In eo.nu.ibi.ad Corinth.4. adde: manibus suis operans laborasse testatur. Et Actuũ Apostolo. cap. 20.ad ea inquit, quæ mihi opus erãt,& his qui mecũ sunt, ministrauerunt manus istæ. Scenofactoriæ enim artis fuit diuinus Apostolus, vtibidẽ dicitur cap.18.in prin.& eruditè explicat F.Pineda in Monarchia eccles.2.par.lib.10.c.31.§.2.

58 Nu.58. ibi.l. vacẽæ emptor. D. de euictio. adde: iuncto.§. item ea, quæ animalibus. Instit. de rerum diuisione.

In eo.nu.in.fin. ibi. aut eius quotam & partem.adde: puta rudem ipsam materiam à vena extractam.

60 Nu.60. in princ.ibi.consequitur, quod si clericus emat fundũ.adde: scilicet negotiandi causa: nã & in rebus immobilibus negociatio esse potest, iuxta ea, quæ dicemus infra isto.c. 4.nu.88.tamen autem plenum fructibus maturis, &c.

61 Nu.61. ibi. ita vt notare debeas, quod si clericus emat fundum.addẽ: negotiandi causa, & fructus eius collectos, &c.

In eo.nu. ibi. aio ex supra resolutis.adde: etiam si fundũ, vt dixi, ad reuendendum emisset, quia licet eo quoq; casu negociationem esse dicamus infra isto cap.numer.88.si fructus interim natos & collectos, ex eo fundo vendiderit, nulla negociatio erit, eo quod nulla fructuum reuenditio est.

In eo. nu.in fin.ibi.C.de reuo.donatio.adde: de cuius dicti veritate fortasis aliquando dicemus.

63 Nu.63. in fin. ibi. de vita & honest.cleri. adde: atque ita eo casu propter prædictam fictionem locum habent in eo cleri co omnes leges in laicis loquẽtes, iuxta text.in.l.1.§.lex falcidia. D. ad leg. falcid. nam cum ex eadem ratione procedant, quod de vno dicitur, ad alterũ trahitur. l. 1. C. de diuersis rescriptis. & facit quod in alio proposito, ex eijsdem iuribus notat Baldus in. l. quoniam intelligitur. nu. 4. D. de his qui notan. infamia.

66 Num. 66. in fine.ibi. sed societatis ergo. adde: si modo cõtractus iste societatis clerico sit prohibitus, de qua re agit Medina de restitutione, quæst.30. art.

articulo secundo. Iuxtà quod illud obiter nota, quod si clerico quidquam legatum sit in testamento, & ipse rem legatam postea vendiderit, regiæ decimæ non obligabitur: tũ quia, licet ex negociatione adquisitũ, id esse videatur Accursio in. l. cætera. ꝰ. sed si quis ad opus. verb. non promereij. de lega. 1. falsum est ex sentẽtia Bartoli ibi. num. 3. vbi ait, quod si statutum dicit, vt ex qualibet negociatione, vel mercãtia soluatur gabella, non debet solui ex legato, quia negociatio non est. Nec obstat tex. in. l. eãdem. in princ. D. de duobus reis. vbi contractuum appellatione cõprehenditur testamentum, vt dixerit Decius consf. 660. nu. 10. statuto vetante, ne vllo contractuum genere immobilia in forenses alienentur, etiam alienationem per vltimam voluntatem vetitam esse, quia vt explicat Menchaca libr. ptimo, de succes. creat. in præfatione. numer. 27. ex eo est, quod olim testamentum fiebat per imaginem quendam venditionis, vt in princip. Instit. de testam. declarat Alciatus in. l. verba gesserunt. D. de verb. sig. quod hodie cessat: & quia inter hæredem & testatorem quasi cõtrahitur. §. sed neque. Instit. de testam. ibi. quia hoc totum negotium. & in. §. hæres quoq; Instit. de oblig. ex quasi contractu. &c. l. ex maleficijs. §. hæres. D. de actio. & oblig. quod non est in legatario. Tum etiam, quia licet verum esset, quod ex testamento adquiritur, ex vera & propria negociatione proficisci, non ideo statim dicendũ foret, clericum vendentem, aut permutantem, quod eo modo adquisijsset, regiæ decimæ obligari, iuxta dictam. l. 7. Recopil. quia eiusmodi adquisitio per testamentum, quicquid eam negociationem appelles, clericis non est prohibita, ac proinde eo casu nullatenus gabella regia grauari possent, vt dixi supra. nu. 63.

70 Num. 70. ibi. non in alienis cõductis. adde: iuxta illud Prouerbiorum. capi. 12. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus.

In eo. nu. ibi. mera est negociatio. adde: pro quo videtur tex. optimus in. l. 4. ver. *Esso mismo.* ibi. *En manera de merchante.* tit. 6. par. 7.

In eo. num. in fin. ibi. quem vide. adde: id quod obiter notãdum est ad ordinationẽ istius ciuitatis Caraccensis, quæ habet, quod vendentes vinum, ex sua collecta, siue vindemia, alijs vuas ementibus præferantur, prout in ipsa ordinatione cõti-

missa pro regia decima teneatur, iam dici obseruanda cõsuetudo in causa est, aliàs enim iure id procedere non posset, vt iam diximus: quia quod ait Gregorius in.d.l.49. partitæ. verb. *franquezas*. scilicet, trinam illam monitioné iure non requiri ad hoc, vt clericus negotiator, ex sua negociatione gabellã soluat, iux.tex.in Clem.præsenti.de cẽsibus, vbi in hoc nulla monitio requisita est, sed ad illud potius, vt generaliter & in vniuersum etiã quoad alia præter negociationes ipsas clericale priuilegiũ perdat, iuxta text. quẽ ità intelligit in.d.c.fi.de vita & honest. cleri. falsissimum est, & contra iura ipsa canonica ab eodem allegata: quia si consideres tex. in.d.c.fin. aperté perspicies, dubitationem Pontifici propositam duntaxat fuisse circà subiectionem clerici negotiatoris in suarũ negociationũ quæstibus, vt patet ex tex.ibi. in negociationum suarum quæstibus subiacere. Et adhuc Pontifex generaliter respondet trinam monitionem præcedere necesse esse, vt eũ Episcopus á secularibus statutis nõ defendat. Atqui si verũ esset, vt aliàs Gregorius putat, quod clericus negotiator quoad ipsam negociationé attinet, etiã nulla præuia monitione laicorũ statutis obstringeretur, id ita, de hoc speciali casu cõsulenti Comiti, Põtifex responderet. Nec obstat tex. in d.Clem. præsenti. quia cum ibi nõ simpliciter & directó statuatur, clericũ negociatoré laicorum tributis obligari, sed á cõtrario sensu glossa & omnes intelligãt, sic accipiẽdus est sensus ille, vt non resultet absonus intellectus, scilicet quod obligetur trina monitione præmissa, prout aliàs de iure requiritur in d.cap.fin. cuius verba, ibidum se his implicant: sic vere intelligenda esse existimo, id est, quãdiù & quatenus se his implicat, vt aduerbium ill'ud, dum tàm loci sit, quã temporis, nempe pro quo tẽpore, & pro qua parte. Atqui hanc sententiam, videlicet clericũ negociatoré, nec in negociatione ipsa clericale priuilegium perdere, nisi præmissa canonica monitione: ac deinde præuia ipsa monitione non nisi circa ipsas negociationes laicorum statutis obstringi, expresse tenuit Abbas ex mente glossæ ibi, in dicto capit. fina. numer. 5. & 7. ex quibus tandem dicendũ est, quod clericus negotiator, si modo ter monitus fuerit de iure canonico, siue nunquam monitus sit, iuxta præscriptã consuetudinem de iure regio, vt iam dixi, quoad ipsam solam

negociationem attinet, & in suo quidem patrimonio, vt laicus iudicatur, iuxta sententiam Abb. vbi supra. In alijs veró causis, & rebus ecclesiasticum priuilegium retinet: ita vt si Petrus clericus negotietur, aut conside ratur, vt clericus dumtaxat, & subiacet Episcopo, aut consideratur, vt negotiator, vt quia de eiusdé negociatione agitur, & subiacet iudici seculari, iuxta eo, quæ infrà dicemus. nu. 84. in fi. & est simile, quod de mercatore tradit Baldus in. l. fin. num. 4. C. de iurisdict. omni. iudi.

83 Nu. 83. in fin. ibi. tit. lo. libr. 5. Recopil. adde: de qua re vide Matthæum de Afflictis laté disputantem in tit. quæ sint regalia. verb. vectigalia. num. 167. in vsibus feudo.

Num. 84. ibi. colu. 102. tit. 3. libr. 1. ordina. adde: vide Bald. in. l. per diuersas. nu. 23. C. mandati. & Rebuffum ad leges Galli. 2. tomo. de cessio. actio. articul. 1. glo. 2.

In eo. nu. ibi. *Como si fuessen leges*. adde: quæ verba omnimodam & perfectam similitudinem, ac totalem iuris identitatem denotant, ex traditis per Bald. in. l. sed & si lege. §. perinde. D. de petitio. hæred.

In eo. num. in vltimis verbis. adde: sed & illud aduerte,

94 quod talis clericus negotiator quoad ipsam solam negociationem, vt laicus iudicatur, non vero in alijs causis & rebus, quia in his ecclesiasticum suum priuilegium retinet: ita vt si Petrus clericus negotietur, aut consideratur, vt clericus duntaxat, & subiacet Episcopo, aut cõsideratur, vt negotiator, vt quia de negociatione agitur, & subiacet iudici seculari ex supradictis: & est simile, quod de mercatore tradit Baldus. in. l. fin. nu. 4. C. de iurisdictio. om. iudi.

87 Nu. 87. ibi. fol. 131. col. 1. & 3. adde: & Pet. Rebuffum al leges Galli. 2. tomo. in tractatu de mercatori. minu. vend. artic. 1. gloss. 1. numer. 10. vbi bene explicat.

In eo. nu. ibi. qui vero rem comparat. 88. distinctione. adde: & sentit Baldus in rub. C. de constit. pecu. nu. 15. vbi ex eo, quod mercator nõ dicitur quis ratione vnius actus, infert Baldus, statutum loquens de mercatore, non habere locum in negociatione, quasi negociatio sit quem semel mercari. Et pro eodem videtur textus in. l. semper. §. negotiatores. D. de iure immunitatis. & quod negotiatoris verbum generalius sit, quam mercatoris, tradit Rebuffus. vbi suprá.

ſuprá. numer.25.quicquid Bartolus in rubr. C. de nauicularijs. libr. 11. & Lucas de Penna in rubri. C. negociatores ne militent. libr. 12. & quicquid.&c.

88 Numer. 88. ibi.titul.3.libr. 1. ordinamen.adde:& videtur. ſentire Caſtellus in. l.70. Tauri. verb. *Y el alcauala* in. 2. additione. ver. ſi veró illam habuit clericus. & eſt text. elegans in..fina. D. de damno infecto.

90 Nu.90.ibi.de religioſis domibus.adde. l.12.ibi. *A los hoſpitales.*tit. 2. libr. 1.Recop. & videtur voluiſſe prędicta.l.6.Recopi.ibi.*qualeſquier Igleſias,*cum l.1. in fin.titul.11.partit.1.dictio enim,&c.

In eo.numer.ibi.de malor. & obedientia. adde: quod ita expreſſè in regio ſeruitio loquens voluit Auendanius de exequen. manda. 2.parte.capit. 14.numer. 32 id quod extendit ad bona fraternitatum ſecularium,quæ in ſolam piam cauſam ſint inſtitutæ: tales enim licitæ ſunt, capit.ſi qui clericorum.11. quæſtion.1. vbi gloſſa. & capit. ſané. 16. quæſtion. 7. & cum in Dei ſeruitium tendant, piæ dicuntur,& legatum illis relictum in piam cauſam relinqui dicitur, vt tradit Alexan. conſi. 102. incipit , ſuper primo.volum. 7. Decius conſi. 71.incipit, viſo puncto colum. 2. ver. tertio principaliter & reſoluit Petrus Rebuffus vbi ſupra ad leges Galli. 2. tomo. de confratrijs.nu.1. &. 4. vnde ſi illæ fraternitates in vſus pró fanos dirigantur, ſecus erit, vt bene diſtinguit Auendanius vbi ſupra , & voluit Baldus ſic accipiendus in authen. hoc ius porrectum. numer. 3. C.de ſacroſ. eccleſ.agit.Philip. Portius libr.5. commu.opinio. concluſione.6.

91 Nu.91.ibi.*De las Republicas,* libr.6.cap.16 adde:& meminit Baldus in.l.placet.numer.4.C. de ſacroſ. eccleſ. & in conſil. 448.lib.5.

In eo. num.in.fin.ibi. videmus hodie.adde:& vide eundẽ Greg.Lup.in.l.17. verb. *Empáredado*, tit.1.par. 6.& Baldus de his fratribus diſtinguentem in l.1. §. quod ſi nemo.ad finem. ver. quæro hic , quid de his. D. quod cuiuſque vniuerſitatis. Et rurſus in hac materia dubitari poteſt,an ſic clericus ex aliquo delicto degradetur, iuxta notata in capit.& ſi clerici. vbi Abbas. numer.37. de iudicijs. Immunis adhuc maneat: & videtur quod non ex notatis per Bald. ad alios caſus in.l. teſtamenta. D. de teſtam. militis. omni enim clericali priuilegio

exui-

dubitari etiam poterit, an & illæ maritorum priuilegio frui possit, de quo vide latè Tiraquel. de legibus connubia. glos. 2. num. 55. & Auend. de exeq. mand. 2. pat. cap. 14. nu. 26. in fi. & cum expresse lex illa loquatur de maritis, non videtur habere locum in sponsis, vt ad statora animaduertit Baldus in l. vxores. D. de his qui notantur infamia. Quin & illud nota, magni momenti fuisse maritorũ expressionem in. d. lege regia: alias enim quamuis filiabus & descendentibus Antonæ Garsiæ datum esset illud priuilegium, eo ipso vti non possent, dũ essent maritatæ ex doctrina Bart. in. l. quotiens. nu. 2. C. de priuileg. scho. libr. 12. vbi ait, quod si priuilegiũ concedatur mihi & omnibus descendentibus masculis & fœminis: quod descendentes per lineã fœmineam, ita demũ fruentur priuilegio, si viduæ fuerint, nõ autẽ si ad matrimonium conuolauerint, quia postquam virum assumunt, ad aliũ dicuntur se transferre, & statum suum mutare. Et an si aliqua fœmina ex istis priuilegiatis meretrix esse probaretur, eo priuilegio gaudere posset, vide tex. in. l. qui adulteriũ. C. de adulterijs. Et quod resoluit Rochus de Corte, de iure patronatus. verb. cõpetens. n. 4.

94 Nu. 94. in fin. ibi. consi. 83. num. 11. adde: & vide Bart. in. l. 1. C. de his qui sponte munera publica subeunt. lib. 10. soluens vero aliquod tributũ, ad quod ex priuilegio non tenebatur, non ideo ad aliud tributum diuersum obligabitur, vt notat Bart. in. l. 1. nu. 5 C. de agrico. & censitis. libr. 11. & de interpretatione priuilegij circa gabellas, vide Io. Garsiam de nobilitate. glos. 1. nu. 75.

97 Numer. 97. in fin. ibi. l. 1. tit. 18. libr. 9. Recop. adde: neque huic resolutioni repugnat prædicta munerum tripartita diuisio, de qua in dict. tit. D. de mune. & hono. præcipue in. l. 1. & l. munerum. eiusdem tit. per quam nobis aduersatur Parladorius suam sententiam defendens, vbi supra. d. §. 1. nu. 28. in secunda editione. Quia prædictæ leges non de tributis agũt, sed de officijs publicis: tũ etiam, quia noua hæc species est muneris, antiquis Iurisconsultis non satis cognita, vt superius diximus in præfactione. numer. 6. nec prætereà refragantur. l. 5. & l. 9. tit. 17. libr. 9. Recopilatio. quarum obiectioni abunde satisfactum est ex ijs, quæ diximus supra cap. 4. statim ex principio. nu. 1. & 2.

99 Numer. 99. ad finem. ibi. solutione pretij & valoris. adde: argu.

argum.tex.optimi in.l.7.verb. *Pero quando*,tit.27.par.2.

102 Nu.102.ibi.quo egressus est, reuerteretur. adde: arg.tex.in.l. 3.D.de diuortijs.

103 Numer. 103. ibi pendatur. l.1. adde : vbi Bartolus recte ponderat ad plures quæstiones.

In eo. nu. ibi. vtilitatem sectetur.adde: quod idem ex eadem ratione procedit in fugiẽte propter bellum, & hostium incursum,vt scilicet portorium non debeat, vt tradit.l.5. tit.11. libr.6. Reco. vel etiam propter famẽ,& dixit Bar.in.d.l.1.quin & ex eadẽ ratione dixit Bald.in l.huiusmodi legatum.§.legatũ est.de legatis.1. quod si presbyter debet habere decimam,vel aliquis debet habere gabellam animalium nascentium in aliqua villa,& propter bellum animalia prægnantia inde fugerũt ad aliam villam, & ibi pariunt: quod debet inspici villa vnde fugerunt,non ad quam peruenerunt,refert Matthæus de Afflictis tit.quæ sint regalia.verb. vectigalia.nu.115.in vsibus feudor. vt decisam habeas dubitationem Greg.Lupi in.l.7.verb. *Se acogiesse*,tit.16.par.2.vbi eum text. notat ad eos, qui timore hostium se recipiunt cum mercibus suis in aliquem locũ huius Regni, vt scilicet debeant gabellas soluere:sed vide,inquit. l.Cęsar.D.de publica. tu autem resolue vt suprá.

104 Numer. 104. ibi. mouere debuisset.adde:iuxta illud Cassiodori libr. 12. variarum. epistola.2.relati per Lucam de Pẽna in.l. vnica.in prin.verb.iudicio.C.de superindicto.nullum cogimus dare,quod nõ debuisset offerre: puta ex causa religionis,&c.

In eo. numer. ibi. suæ non satisfacit. adde. l. Papinianus. 20. & ibi Baldus. D. de minoribus.

105 Numer. 105. ibi. venditionem distinctio. adde : de qua in terminis Baldus referens Gullielmum in. l. & ideo. in princip. D. de condictio.furtiua.

In eo. nu.ibi.prout contingit. adde: in specie text.elegantis ad hanc materiam in.l. cum fidei.D.de fidei.liberr. & in diuidente,&c.

In eo. numer. ibi. hæredes aũtem eius. adde:sicut nec perdit beneficium separationis bonorum , qui iudicium hæredi dictauerit,quia ex nessitate facit , vt debitum suum consequatur , vt tradit text. in. l. fina. D. de separatio. non autem, &c.

106 Numer.106.ibi.Pausaniȩ dicto. adde: & videtur probare text.

tex.in.l.deprecatio.ibi.lex autem maris.vbi glo.ſic explicat, id eſt,eorum qui per mare vadunt, & rerum ipſorum.D.ad legem Rhodiam.de iactu.

In eo. num.in fin.ibi. dicto tit. 18. libr. 9. Recop.adde:quibus rationibus & argumentis vtinam,ſi vere potuit,Parladorius ſatisfaceret, nec veriſsimã iſtam ſententiam ex bene fundata iuriſprudentia comprobatam,prout iuris ſtudioſis iiſque grauiſsimis iudicandum relinquo, tam nudis & contumelioſis verbis, vt aſſolet, turpiter oppugnaret in ſecunda editione.d.§.2.num.20.vbi nec verum locum huius noſtræ reſolutionis allegat,nec argumẽtorum ſcopum, ex iis quæ ibi attingit, videtur percepiſſe, vt ad ſenſum patet.

Summa capitis Vigeſimi.

Additio

Addit. in cap. XX.



4 Vm. 4. ibi. siue quidē panis iste. addde: candidus, siue ciuilis, aut plebeius sit, iuxtà diuisionem Budæi lib. 5. de asse & partibus eius. fol. mihi. 143. & siue ex tritico, siue ex hordeo, &c.

In eo. num. ibi. vescendum conficiatur. adde: de cuius rei, scilicet coquendi panis origine agit Plinius lib. 18. natu. historiæ. cap. 11.

In eo. num. ibi. cor hominis confirmet. adde: ac proinde videbatur, quod lex ista loquens de pane, non esset de pane cum adiecto intelligenda: quià adiectum denotat quandam improprietatem ex sententia Iaco. Butrigarij, apud Bald. in. l. 1. C. de succes. edicto vbi inquit, quod lex loquens de patruo, non debet intelligi de patruo magno: & notat idem Baldus in. l. iubemus. §. illud etiàm. C. ad Trebellia. Sed vt dixi, generalis illa locutio, *pan cozido*, latè patet: sic enim communi vsu recepta est vt omnem panem coctum comprehendat: quià vna & generalis ratio in omni pane cocto procedit, ità vt si massa nondùm cocta vendatur, nulli dubium, quod decima debeatur. Quin vsq; adeó prædictæ legis regiæ generalis acceptio
5 vsu inualuit, vt semel, &c.

Num. 5. in fine. ibi. mercimonio soluisse. adde: salis enim vēditio nullibi exempta est, vt aduertimus supra cap. 2. nu. 30. in additione. Cæterùm inter panem coctū & buccelatum, hoc est, bis coctum ad vsus diuturnitatem, quo nauigantes vti solent, & Hispanè vizcocho nuncupamus, de quo in. l. 9. titul. 24. part. 2. Nulla prorsus differentia est, quià verè & propriè panis coctus est, ex quo gabella solui non debet ex prædicto priuilegio, quicquid aliás tanquam inter diuersa disiungere videatur tex. in. l. 1. C. de eroga. milit. annonæ. lib. 12.

6 Numer. 6. ibi. rebus conditus sit. adde: prout sunt multæ harum rerum spécies, quas latè recenset, vniuscuiusque naturam & qualitatem declarans D. Vega libr. 2. de arte medendi. capit. 4. de cerealibus.

In eo. nu. in fine. ibi. soluendam gabellario. adde: quod ad fartores, siue pistores dulciarios notandū est, de quibus latè agit Rebuffus ad leges Galli. 2. tomo. de mercatoribus minut.

vend. art. 1. glo. 6. licet contrarium frigidè teneat Gironda de gabellis.7. parte.§. 1. numer.17.

8 Num.8. in fine. ibi. conuentio fit. adde:& glossa in.l.2.ver. mancipibus,C. de frumento vrbis Constantinop.lib. 11. mutuum esse negat: sed quis alius contractus sit, non explicat.

10 Nu.10.ibi.dominus dederit, vt statim.adde:siuè diectim.

16 Num.16. ibi.equum & roncinum.adde : idem in. l.10.tit. 20. part. 3. & plures equorum species, de quibus in iure fit mētio, refert Lucas de Penna in. l. 4. C. de muner. patrimo. lib.10.

In eo.nu.ibi.glo.9.nu. 107. adde:& in statutis quoq;,vt notat Baldus in. l. sed Iulianus. ver. hoc senatus. D. ad Macedo.

17 Num. 17. ibi. opere cessant. adde:propter quod Scytæ per bella fœminis vti malunt, vt ait Plinius lib. 8. natura. historiæ. cap.42.ad finem.

18 Num.18.ibi.& hoc iure vtimur. adde : & quidem iustè, quià cùm huiusmodi priuilegium ob belli vsum concedatur, vt diximus, cōgruum fuit, vt nō nisi is equus, qui frēni patiens, ac perinde bello aptus esset , eo gauderet priuilegio, arg.tex. elegantissimi ad propositum in.l. 2. ver. equus. D. de captiuis.

19 Num.19. ibi. iuxtá dictam. l.hęres meus.adde:quin potiús in contrarium præponderat ratio desumpta ex.d.l.2.D.de captiuis.

22 Num.22.ibi.tit.18.lib.9.Recop.adde:& est ratio, quia vt inquit Cicero.lib.4.Rethoricorū ad Herenniū.cap.exornationes sententiarū. Equus indomitus, quamuis natura bene composi tus sit, idoneus esse non potest ad eas vtilitates, & aptus, quę desideratur ab equo.

In eo.nu.ibi.alijs maioris ętatis.adde : quos porros dicimus, quæ appellatio vsq; ad quatuor annos completos durare solet, iuxtà.l.1.in fine.tit.9.lib.6.ordina.modó quoad nostram materiam attinet, indomiti sint:nōn quidem,&c.

25 Num.25.ibi.quám in equo. adde:vide Baldum in. l. 1.nu.5. C.de ver.signifi.

29 Num.29.ibi.C. de agrico. & cēsitis.lib.11.adde : & Menoch. de arbit.iudi.quæst.casu.378.

In eo.nu.ibi.mortem & miseriam.adde.l.1.titul.23.part.2. quamuis quidem Tyrij Carthaginis fundatores fœlicius omen exequi, quám ex bobis reperto capite conceperunt, auctore Iustino historico.lib.18.

31 Nu.31.ibi.alia lingua scripti

fint.adde: id enim in illis duabus linguis Hispana & Latina, instar exempli, legẽ exprimere voluisse credendum est, cum vna sit in omnibus ratio.

In eo.nu.ibi.quaecumq; materia.adde: siue in vno, vel pluribus folijs, &c.

In eo.nu.in fine.ibi: C.ne filius pro patre.adde: vt dubium non sit, quod puri codices licet in formam librorum redacti & consuti seú compaginati; quos cartapacios aut libros albos appellamus, nullam istius iuris immunitatem habeant; quiá verè libri dici nequeunt ex eadem.l.librorum. §. libris. &c.§.sed nec cœpti.de lega. 3. & dicta.l.34.Recop.ibi, *escritos de mano, o de molde.* Quod iám semel de facto dubitatum vidi.

33 Num.33. ibi. etiám fauorabilis.adde.l.20.tit.5.part.2.

35 Num.35.ibi. D. quibus modis pignus vel hypothe. adde: vt tradit Bald. in.l.quotiens. nu. 4.C.de iure dotium.

In eo.nu.ibi.C. de pactis. adde: enim veró eo casu maritus quasi emptor est.l.vnica.§. cũq; ex stipulatu.in fin.C. de rei vxoriæ actione.l. ex promissione. D.de actio.&oblig.

In eo.numer. ibi. in princi. D.de pactis.adde: á venditione distinctus, vt explicat Baldus in.l.1.numero.6. C. de iure dotium.

In eo.nu.ibi.D. ad muncipalem.adde: aliàs enim lex esset superuacua, iuxtá. l. postliminij. in fine.D.de captiuis.

38 Num.38. in fine. ibi. deberi aio.adde: & hinc patet, quod si res extraneo vendatur á principio, eo fine & proposito vt de pretio dos constituatur, & constituta sit, iuxta terminos tex.in l.siue generalis.in fine.D.de iure dotium. adhùc ex primæua illa venditione gabella debebitur, quià túnc non ex datione dotis exigi dici potest, & cessat dispositio dictę legis Regiæ.

39 Num.39.ibi. accessorij descendentis ex eo. sic lege vsq; ad finem numeri. 40. & adde: eo quod ista æstimatio potiús est quoddam capitulum contractus dotalis, quám contractus separatus per tex.in.d.l.quotiés. ibi. quià non simplex venditió est, sed dotis causa: atq; ità videtur, vt ex duobus contractibus dotis scilicet & venditionis, vnum quoddam negocium fiat, refert & sequitur Ancharranus con.72.nu.3. quod idem voluit Baldus in. l. cúm dotem. nu.4.C.de iure dotium. dicés, quod supposito statuto dicente, quod de quolibet contractu debeat solui gabella, isto casu cúm scilicet res æstimata in

dotem datur, non nisi vna quasi ex solo dotis contractu debetri poterit, quià licet duo contractus sunt, alter occultatur nempé venditio ex celeritate actuum, iuxtá. l. 3. §. fina. D. de donatio. inter virum. & quià isti duo contractus tendunt ad vnum finem, scilicet ad dotandam mulierem: & quotiens duo propter vnum, vtrobiq; tantùm est vnum, argu. tex. in. l. illud. §. fina. D. ad legem Aquiliam. & l. qui libertatis. §. seruus. D. de euictio. quam ad hoc allegat Baldus con. 440. nu. 6. lib. 5.

Sed mihi displicet ista ratio in nostra materia, quià cúm generaliter dispositum sit in. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. ex quacumq; venditione gabellam deberi, proculdubió soluenda erit vbicumq; venditionem contractam esse constiterit, siue quidem ea principaliter, siuè accessoriè contrahatur, quià generalis est illius legis determinatio. l. in fraudem. §. fina. D. de testam. militis. vt tradidimus suprá cap. 16. numer. 27. Nec obstat doctrina Baldi suprà relata in prædictis locis: quià Baldus loquitur circà statutum dictans, quod ex quolibet contractu gabella soluatur: quo sané casu illud intendit nec quidem iniustè, quod statutum illud debeat intelligi de contractibus pluribus separatis, non de accidenti & consequenti, quiá id maximè congruit primæ intentioni contrahentium, qui in effectu vnicum negocium efficere voluerunt, licet ad id duo contractus coniungantur. Idemq; erit in principali & accessorio, veluti cúm contrahitur principaliter super aliqua re, adhibita hypotheca vel fideiussore: vt scilicet non nisi vnica gabella debeatur inspecto eo, quod principaliter agitur, quià totũ illud structum & adiunctũ censetur vnum & idem negocium, argu. tex. in. l. profectitia. §. si pater. & §. sed si pater. D. de iure dotium. vbi si pater dotem promisit, & fideiussorem vel reum pro se dedit, profectitia dos est, quamuis ea à reo vel fideiussore exigatur: quià in effectu duo illi contractus in idẽ tendunt, scilicet vt pater soluat siue genero, siue reo aut fideiussori, prout tenet & explicat idem Bald. in. d. l. cũ dotẽ. in fine. quẽ refert & sequitur Matth. de Afflictis. tit. quæ sint regalia. ver. vectigalia. nu. 63. in vsibus feudo. & ex eadem ratione ait idem Baldus in. l. 2. nu. 13. C. de iure emphite. quod si statutum dicit, vt de quolibet contractu soluatur gabella, si est

si est soluta de principali, non debetur de pœnali, quià succedit pœna loco sortis, pro qua est soluta gabella: quemadmodúm etiàm dixit Bartolus in l. interdum. §. quotiens. in fine. D. de publica. quod si promisi vendere, & de promissione soluta est gabella, non debet iterúm ex venditione solui: quià licet promissio de vendendo á venditione differt, præambulum quoddam & quid accessorium est venditioni cohærens: quæ postea fuerit secuta fuit, ac proinde non nisi vnica gabella deberi potest, quasi ex vno & solo contractu, vt superius diximus cap. 13. numer. 4. At veró nostra lex regia non iubet ex quocumq; contractu gabellam solui, sed ex sola venditione aut permutatione: vnde si venditio reperiatur siue vt principalis & separatim per se, siue vt accessoria & adiuncta cum alio contractu immuni, qualis est dotis constitutio, de qua loquimur, nulla ratio efficere potest, quod propter accessionem alterius contractus, quem sequitur, venditio ipsa à tributo regio liberetur, offensa generalitate prædictæ legis regiæ, vt iàm dixi. Atq; ità isto casu, quo de agimus, proculdubió regalis decima deberetur, nisi aliud hac expressa lege cautum fuisset, dotis quidem fauore, cuius in iure plurima priuilegia sunt, vt benè quoq; adnotat Io. Parladorius vbi suprà.

41 Num. 41. in fine. ibi. legis regiæ. adde: nec prætereà satisfacit alia decidendi ratio ad eam legem regiã, quæ desumi solet ex resolutione Iasonis in l. fina. nu. 49. C. de iure emphi. vbi ait, quod si res emphiteuticaria in dotem detur, laudimiũ peti non potest quamuis ea res æstimata detur ea æstimatione, quæ facit venditioné; eo quod, vt putat Iason, necessaria alienatio sit, ex qua laudimiũ solui non debet, refert & sequitur Aufretius quęstio. Tholos. 278. in fine. quià certe ea ratio & distinctio necessariæ aut voluntariæ vẽditionis, quoad nostram decimam iure non procedit, vt explicuimus suprà cap. 19. nu. 105. ità vt veré dixerim, quod solus dotium fauor priuilegium huius legis induxit.

Ex qua resolutione inferri potest ad elegantem quæstioné, quæ quotidie potest contingere, & est huiusmodi: ecce ego colo fundũ meum Titianum meis impẽsis, eo quod colonos non inueniã: & cúm iã aliquot annis coluissẽ, & omnia instrumẽta rustica culturæ necessaria comparassem, accedit agricola,

qui á me certa mercede condu cit ea lege & pacto, vt omnia instrumenta quę habeo, ei darem pro certo pretio, fide de illo habita ad certum tempus, vel statim soluto: atqui ego eisdem pactis fundum illud meum locaui, aliás non locaturus, túm vt ille aptiús coleret, tùm quia iàm instrumentis illis, putá cultu, bobus, aut mulis & alijs, locatione fundi facta, opus non haberem: quæsitum est de decima pretij illarum rerum, àn scilicet fisco debeatur, nec ne: & pro parte negatiua illud videtur, quod ex locatione gabella regia non debeatur, vt est planissimum, cæterum totum istud negocium locatio & conductio est, quia illud pactum de vendendis instrumentis certo pretio, pars locationis esse censetur ex notatis in. l. fundi partem. D. de contrah. empt. vnde dixit Baldus in rub. C. depositi. nu. 7. quod stante statuto, vt de omnibus contractibus soluatur gabella excepto contractu depositi, si ego deposui penes te centum pacto apposito, quod vadas pro me Romã; & quæratur, nunquid pro isto pacto gabella debeatur: quãuis videatur quod sic, eo quod resultat contractus innominatus, facio vt facias, contrarium est dicendum: quiá quando præcedit contractus perfectus, & adijcitur conuentio, quæ potest cadere in nouum contractum, magis inducitur informatio primi, quam contractus nouus. l. 5. quod si rem. & ibi Bartolus. D. depositi. refert & sequitur Matthæus de Afflictis vbi suprà num. 67. sed profectò in quęstione nostra cõtrariũ existimo ex præhabita resolutione, quin potiùs regia decima soluetur ex eo pretio, quia vera emptio & venditio instrumentorũ est, quicquid talis conuentio pars quoq; locationis sit, vt in alio exẽplo diximus suprá. c. 14. nu. 39. Nec obstat doctrina Baldi in. d. rub. C. depositi. quià veré procedit ex eo, quod cõtractus ille innominatus resultãs ex deposito & pacto adiecto, non sic resultat, vt per se cõsiderari possit extrà cõtractũ depositi, qui est immunis: quin potiús quomodocumq; consideretur, inuenies quod depositum ipsum est prima pars & primum extremum illius innominati contractus, atq; ità de per se considerari non potest, vt gabella grauetur absq; iniuria depositi: & sequitur, cúm depositum sit immune ex forma illius statuti, impossibile esse, quod ex contractu illo innominato gabella soluatur, quià aliás ex deposito ipso tanquam ex par-

ex parte solueretur. At in nostra quæstione, quamuis illa instrumentorum venditio sic contracta fuerit, vt pars locationis esse videatur, ex. d. l. fundi partem. adhúc de per se considerari potest & debet, quia separato contractu locationis, adhúc res est, & pretium & consensus, ex quibus venditio ipsa consistit ex lat. resolutis cap. 1. & soluta gabella ex ea venditione, non dicetur ex locatione solui, iuxtà resoluta suprà dict. capit. 14. numero. 39. & cúm seiungi possint ij duo contractus quóad gabellæ solutionem sine præiudicio alterius, nihil interest á contrahentibus eos coniungi, vt ideó magis à gabella liberentur, prout in quæstionibus supra discussis.

46 Num. 46. ibi. diuisione soluetur. adde: nisi fortè per refutationem fiat, prout aliàs ad vitandam gabellam de contractibus aduertit Baldus in. l. tres fratres. numer. 3. D. de pactis innuens expressè, quod si diuisio fiat iure traditionis, prout fieri solet, gabella de contractibus soluenda non excusabitur. De cuius dicti veritate, quatenús hoc in decisione per refutationem facta limitat Baldus in dicto loco, latè agemus infrá cap. 21. nu. 31.

In eo. num. ibi. §. 9. in fine. num. 21. adde: & cúm diuisio hæc veram permutationem cótineat non in tota re, sed in dimidia eius parte, vt aduertimus suprà numer. præcedenti. Illud absq; dubio constat, quod si ex diuisione soluenda esset gabella, quilibet diuidens non ex tota re diuidenda, sed pro sua quisq; parte, quatenùs dominus rei esset, soluere teneretur, vt optimè notat Baldus in. l. si idem. §. si vna. numer. 3. D. de iurisdict. omni. iudi. vbi supposito statuto, quod de re in iudicium deducta soluere-tur gabella siue decima, quærit Baldus verúm agens communi diuidundo, teneatur soluere illam decimam pro tota re, án veró pro parte: & inquit, quod solùm soluet pro parte sua: nec obstare text. in. d. §. si vna. quià loquitur quóad indiuisibilem iurisdictionem: át sua quæstio procedit quóad diuisibilem commoditatem partis, respectu cuius cómoditatis soluitur decima vel gabella.

47 Num. 47. ibi. ver. exceptis. C. eo. tit. adde: quibus consonat l. 14. tit. 7. par. 5.

49 Num. 49. in fine. ibi. §. 6. nu. 43. adde: dicens, quod prædictæ legis regiæ decisio latè patet, vt & hunc quoq; casum comprehendat: túm etiàm, quiá

quia hæc vēditio necessaria est. l.si pignori.D. famil.ercisc. àt in venditione necessaria vectigali locus non datur.l. Cæsar. D. de publica.neq; timet quod superiùs dixerit,in bonis ex causa iudicati extraneo addictis vectigal deberi, vt & nos suprà resoluimus cap.7.nu.54.quià extranei emptio in illa causa voluntarium principium habet, sua enim voluntate debitor æs alienum contraxit: in casu autem diuisionis hæredum, necessitas voluntarium principium non habet,sed casu hæredes in hūc contractum inciderunt.Ex quibus fundamentis in eadem opinione persistit in secunda editione dicto.§.6.nu.9. admonēs me audiendum non esse, qui nullo iure ab illius sententia discesserim in hoc loco. Sed audi quæso (lector optime) & vide, quod illius legis regiæ decisio non tám laté patet,vt Parladorius existimat, cúm expresſè in speciali casu loquatur, quando scilicet inter ipsos hæredes diuisio fit,vt iám explicui,nec ad extranei emptionem iure extendi potest.Et quod necessitas ab istius iuris solutione excusationem non præstat, vt laté diximus suprà.c.19.nu.98. cū sequētibus. & memini suprà isto. c. nu.47.præsertim, quià in venditione ista,de qua agimus,nulla necessitas est; nec aliud probat tex.in.d.l.si pignori.quæ expressé agit de adiucatione iudiciali creditori facta,non de venditione cum extraneo licitatore contracta, quæ & libera & voluntaria est. Hæc enim non minús voluntarium principiū habet in hærede vendente ad diuisionem, quam in debitore vendente ad sui debiti solutiónem, quiá sicut istius debitum á voluntario contractu procedir,vt dicebat Parladorius, sic & hæredis obligatio à quasi cōtractu proficiscitur, qualis est aditio.§ hæres quoq;. Instit.de oblig.quæ ex quasi contra.& is quidem quasi contractus volūtarius est.l.verba hæc.D.de condítio.institutio.atqui prædictæ nostræ resolutionis veritatem quotidiana praxis ostendit, qua videmus quotidié ex publicis hæredū subhastationibus, perinde atque ex quibuslibet alijs priuatis venditionibus, indistinctè regium vectigal solui, & exigi.

51 Num.51.ibi.rei subhastatæ. adde: iuxtâ placitum iuris peritorum, de quo in. l. 2. in prin.C. de seruo communi manumittendo.

52 Num.52.ibi.nempé venditionis aut permutationis.adde: iuxtá tex. in.l. Titia cùm esset minor. ibi. permutauit. & ibi, quasi

quasi emptione. D. de iure dotium. de qua infrà dicemus nu. 54. in his additionibus.

In eo. nu. ibi. Caro. Molinæi vbi suprà nu. 71. adde: nec prætereundum est, quod si quis hæres portionem suam extraneo cuipiam vendiderit, & ille emptor posteà cum alijs hæredibus bona hæreditaria diuiserit, nulla ex ea diuisione gabella debebitur: quià & ille emptor hæres dicitur. l. etiàm. §. 1. D. de petitio. hæred. vt locum habeat decisio dictæ. l. 35. Recop. quod ità voluit Io. Parladorius vbi suprà. d. §. 6. nu. 43. ver. hinc etiã, quamuis eum aliud dicere voluisse in prima mea editione existimauerim, nec quidem iustè, vt ingenué fateor. Cuius sententia vsq; adeó vera est, vt idem dicendum putem, quamuis inter solos hæreditatis emptores diuisio bonorum fieret, & quamuis verum foret tales emptores hæredum nomine non comprehendi: quiá generale est, quomodocumq; res communis inter dominos diuidatur, regiæ decimæ locum non dari ex ijs, quæ diximus suprà isto capite. nu. 48.

54 Num. 54. in fine. ibi. vt suprà nu. 53. adde: iuxtà quæ omnia intelligendus est tex. quoad regiam gabellam attinet in. l. Titia cúm esset minor. D. de iuredotium. quam suprá allegauimus isto capite. nu. 52. in addi tione. vbi Titia quartam hæreditatis matris suæ communem sibi cum fratribus permutauit, & accepit pro ea parte fundũ, quasi emptione inter eos facta. Vt si quæratur de gabella regia, itá ex supra resolutis distinguendum sit: videlicet, quod si ille fundus á fratribus datus non sit hæreditarius inter bona materna, vera emptio aut permutatio contrahatur, & decima solui debeat, vt diximus suprà. d. nu. 52. si autem hæreditarius fuerit, magis sit diuisio, quàm alius cõtractus, àc proinde gabella non debeatur ex traditis in hoc numer. 54.

55 Num. 55. in fine. ibi. suprá nu. 74. adde: nec obstat quod diximus ad dictam. l. Titia cum esset minor. in præcedenti additione. Quiá quod hic dicimus, intelligendum est, quando aliquid datur vi accessionis ad æqualitatem seruandam, quo casu nõ nocet diuisionis actui, quod res extranea detur: secús autem erit, si pro tota parte hæreditaria aliquid extraneum nõ hæreditarium datum sit, quià tùnc nullatenus dici potest diuisionem fieri, sed aut venditionem aut permutationem, vt circà. d. l. Titia. suprá explicuimus.

58 Num. 58. in fine. ibi. intelligenda sit ex prædictis. adde: aduerte autem, quod dùm refello allegationem regulæ in. d. l. boues. §. hoc sermone. D. de verbi. signi. Io. Parladorius in. d. §. 6. nu. 12. in secunda editione. grauiter me accusat de errore, aut de crimine: dicens, quod siue sua nesciui interpretari scripta, aut noluit: vos stote iudices (lectores optimi) & verbis præter missis, quibus siue respondere nescio, aut nollo, ad rem veniamus. Inquit ille, quod argumenta mea procedunt in diuisione inualida, scilicet (si fortè eum interpretari valeo) quando prima diuisio inualida nullaq; iure fuit, & ideó alia secunda diuisio facta est: quo casu tacitè consentit ille auctor rectè nos dicere in exemplis nuper propositis in hoc nu. 58. ver. itàq;. ex secunda ista diuisione regium vectigal non deberi. At quod ipse loquitur & sua resolutio procedit, quando prima hæredum diuisio valida fuit, & rata permásit, ipsi veró hæredes portiones suas adinuicem permutarunt: quo casu, inquit, & nos quóq; diximus eum secuti, immó Caro. Molinæum in loco suprá allegato nu. 56. quod non tàm diuisio est, quám alius nouus venditionis aut permutationis contractus, ex quo regiam decimá deberi necesse est. Sed tùnc obsecro, quorsúm allegatur regula tex. in. d. §. hoc sermone. quę planè in duobus actibus similibus loquitur: cúm in hoc vltimo casu, de quo solo agere se Parladorius testatur, nó nisi vnica diuisio sit: nàm quod posteà fit, solúm est dominorum permutatio, bona autem ipsa sic diuisa manent, vt anteá erant, personis dominorum mutatis: nisi & hoc quóq; dicere voluisset ille auctor, dúm allegat regulam tex. in. d. §. hoc sermone. quod quamuis ille secundus actus noua ac vera diuisio esset, prout contingit in exemplis á me propositis, non haberet locum priuilegium & dispositio dictæ. l. 35. Recop. eo quod de primo actu esset intelligenda, prout intelligendam esse affirmat: quod sanè falsum est, & cótra communem & veram Doctorum sententiam, vt iàm dixi: & hæc fuit nostra contra illú animaduersio, quam & errore & crimine vacare vides, túm ex iám dictis, tùm ex sequentibus.

Itàq; in summam, allegatio regulæ in. d. §. hoc sermone. nó solúm falsa est in proposito dictæ legis regiæ, eo quod falsum est dicere, eam regulam in dispositione legis procedere, vt de hoc est communis sententia: sed

sed etiám impertinens: quorũ alterum euitare non potest ille auctor: quia illi casui, quem se solum cogitasse ait, minimè applicari potest, quamuis esset vera, eo quod in illo casu non nisi vnica diuisio est, vt explicui. Et prætereа in exemplis à me propositis in d. ver. itaq; prima diuisio inualida non est, sed iure rescissa per sententiam iudicis, aut ex voluntate partium, inter quæ longa differentia est, vt satis constat ex ijs, quæ laté diximus suprà cap. 14. num. 7. & num. 10. cum sequent. atq; si ijs casibus verum est, prout tacitè Parladorius cõsentit & est verissimum, quod regium vectigal non debetur tàm ex prima, quàm ex secunda diuisione, quæ verè ijs casibus diuisio est, & quod in vtraq; locum habet priuilegium dictæ l. 35. Recop. necessario etiam fateri debet, quod in dispositione prædictæ legis regiæ locum non habet regula tex. in d. §. hoc sermone. cuius contrarium ipse voluerat. Illud enim plusquam manifestum est, tam necessarium esse priuilegium dictæ legis regiæ ad hoc, vt ex prima illa diuisione posteá rescissa regalis decima non debeatur, quàm vt nõ debeatur ex secunda diuisione posteà secuta: quiá licet ex contractu nullo gabella non debetur. l. 2. vbi Doctores. C. de eunuchis. & rescisso quidem vel ex voluntate partium, vel ex sententia iudicis, nulla dubitatio est, quin solui debeat, iuxtá notata in. l. si ab emptione. D. de pactis. & quæ ad. l. 2. C. de resci. vend. cum alijs latissimè diximus suprà dicto cap. 14.

Igitur, vt hæc materia clariús percipiatur, quod diximus suprà isto capite nu. 56. sic accipiendum est, quando post diuisionem bonorum semel factã, hæredes inter se portiones suas permutarunt, sic vt portio tuá sit mea, & mea portio tua fiat: cæterùm si diuisionem factam mutuo consensu rescindentes siue ex causa æqualitatis seruandæ, siue non, iterúm hęreditaria bona diuiserint inter se, alijs scilicet atq; alijs portionibus factis, & vel per sortes (vt assolet) vel alio modo inter se diuisis: cùm hic secundus actus verè & realiter diuisio sit, eo quod bona quantúmuis semel diuisa, iterúm fuerint communicata quasi iure societatis, iuxtá. l. 2. & quæ ibi notantur per glo. & Doctores. D. pro socio. & l. 47. ver. *otrosi* tit. 28. part. 3. dicendũ quóq; est, ex isto secundo actu nullam gabellam deberi: quiá quamuis dici non possint vt hęredes diuidere iudicio familiæ erciscundæ, qui semel iure & recté di-

ctè diuiserunt, sed potiús iure societatis & iudicio communi diuidundo, vt quilibet alij socie tatem ineuntes, ac postea non ex antiquis portionibus, sed per sortes diuidentes, hoc suffi- cit, vt regiæ decimæ locus non fiat, quæ in vniuersúm ex quacumq; diuisione bonorum nō debetur ex ijs, quæ diximus suprà isto capite. nu. 48. id quod non in prima diuisione solum, sed in centesima quoq; intelligendum est, quiá & eadem iuris ratio persistit, & legis priuilegium intelligitur esse perpetuum, vt suprà resolui.

59 Num. 59. ibi. venduntur. adde: cúm sit pia causa ex sententia glossæ in. l. si quis Titio. 17. de lega. 2. quam dicit singularé Baldus in. l. 1. numer. 3. C. de sacros. eccles.

61 Numer. 61. ibi. maritanda puella. adde: quod est etiám in piám causam expendere, vt notat Baldus in. l. cum is qui. § si mulier. D. de condictio. indebiti.

In eo. nu. ibi. non esset illa quidem soluēda ex legato pio. adde: etenim relictum de incer tis & malé oblatis: de quo ibi loquitur Baldus, pium legatum est, vt tenet idem Baldus in. l. hæreditas. §. si defuncto. D. de petitio. hæred. quámuis quidé in. d. l. seruo. non tám moueatur Baldus, quod legatum pium illud sit, quám ex eo, quod tale relictum de malè ablatis, potiús est debitum, vt ibi videre est: verúm idem Baldus in. l. illud quod. num. 1. ver. & hæc faciunt. ibi. faciunt etiám ista ad statuta gabellarū. C. de sacros. eccles. Videtur sentire, quod gabella non debeatur de legatis pijs, sicút nec falcidia detrahitur.

63 Num. 63. ibi. domina bonorū sit. adde: siue ipse Deus, cui, dúm propter eum pauperibus legatur, relictum videtur, vt ait Baldus in. l. sed etsi susceperit. in. 2. lectura post medium. D. de iudicijs.

In eo. num. ibi. vel ad alios pios vsus. adde: inspecta scilicet rei veritate, quiá testatoris confessioni standum non est, vt ex Baldo in. l. illud. C. de sacros. eccles. tradit Matthæus de Afflictis tit. quæ sint regalia. ver. vectigalia. num. 136. in vsibus feudorum.

In eo. nu. in fine. ibi. Instit. de actio. adde: & huic nostræ distinctioni, scilicet quod si gabellæ onus redundet in damnū piæ causæ, gabella non debeatur: secús veró si in damnum hęredis, vt in exemplis suprà traditis satis apparet, subscribit Parladorius dicto. §. 1. num. 19. in secunda editione. Dicens se itá

semper

semper intellexisse: quod quidē si itá est, prout in ciuile esset tali viro non credere, malè de iuris studiosis meritus est, dùm de re ista agens quod præcipuum erat aduertere, scribere prætermisit: vidi enim quam plurimos errantes, & ex illius auctoritate dicentes, rebus vendițis per testamentarios aut hęredes ad explenda defunctorum vota, regium vectigal indistinctè non deberi, cùm tamen id, iuxtà prædictam nostram distinctionem accipiendum sit.

64 Num. 64. in fine. ibi. de qua suprá nu. 58. adde: & ex rebus venditis ratione bullæ cruciatæ gabella regia nón debetur. l. 5. tit. 18. lib. 9. Recop. de qua re diximus suprá cap. 7. nu. 55. & eā fortasśis rationem habet, ne propter onerosam eius exactionē, bullam illam recipere vulgares detrectent magno regis incommodo: cuius bullæ concessio in Hispania antiquissima esse conspicitur ex. l. 21. vbi Greg. tit. 18. part 3.

65 Num. 65. ibi. difficultatem habet. adde: nec ad alias res, quā quæ ijs legibus exprimuntur, extendi debet, etiám si ad eundem vsum vēdantur: quicquid aliàs de iure communi generaliter verum sit, quod vniuersæ res in exercitum delatæ portorij excusationem habent, vt notat Bertachinus de gabellis 8. parte membro. 2. numero. 12.

66 Num. 66. ibi. l. 7. tit. 6. lib. 6. Recop. adde: notat Bartolus inferens ad statutum prohibens arma portare in auth. de armis. in prin. nu. 7. colla. 6. licet aliás lex partitæ inter ea arma, quibus tegimur, & alia quibus percutimus, diuersa nomina constituerit in. l. 8. titulo. 23. part. 2.

67 Numer. 67. ibi. *pieças de artilleria*. adde: de quo videtur text. expressus in. l. 2. ver. *de los arneses*. titul. 22. lib. 9. Recopilat.

In eo. num. ibi. D. de pigno. actio. adde: & notat optimè hanc differentiam Baldus in. l. singularia. col. 4. ver. duodecimó. D. si cert. pet. ex qua mihi valde suspecta est. immó plané falsa decisio Bartoli in. l. 1. C. nulli licere in frænis. lib. 11. vide & applica, non moror.

69 Num. 69. in fine. adde: & generaliter quæ armorum appellatione contineantur, iudicis arbitrio relinquitur, vt tradit Menochius de arb. iud. quæst. casu. 394. nu. 77.

70 Num. 70. ibi. capulo ornati veneant. adde: eo quod capulum non tàm pars essentialis, quām ensis instrumentum videa-

videatur: & non dicatur quid minus perfectum essentiali perfectione, quod instrumento careat, vt notatur in.l. sed si quid. §. proprietatis. D. de vsufructu. sicút nec psalterium dicitur imperfectum, quod careat chordis, vt alias inquit Baldus in cap. si quis demanso. num. 21. de controuer. inuest. in vsibus feudo.

In eo. num. ibi. manui aptetur. adde. l. 4. tit. 21. part. 2.

In eo. nu. ibi. *vsar dellas*. adde: ensis enim, quo non benè vti possumus, magis obest, quã prodest, vt ait tex. in. l. 11. tit. 18. part. 2.

71 Num. 71. ibi. nu. 7. C. de iuris & facti igno. adde: & laté Euerardus loco, á milite armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ.

In eo. nu. in fine. ibi. Digestorum. nu. 14. adde: aliàs enim regulariter contrarium erit dicendum, prout videtur tex. expressus in. l. 2. ver. *de qualesquier cruzes*. tit. 22. lib. 9. Recopil. ibi. *vestimentas y otros qualesquier ornamentos* Ex quarum rerum vẽditione gabellam esse soluendã Hispali aperté deciditur in ea lege: contra quam nemo dicet me respondisse in hac nostra resolutione, sed superiorũ sententiam exprobata consuetudine religioni fauente non immeritò excusasse: licet nos negligentiæ & erroris accuset Parladorius lib. 1. rerum quotidia. cap. 3. §. 2. nu. 11. in secunda editione.

Quin immó in idem recidit, quod in ijs videmus quotidie practicari, qui imagines Dei, aut sanctorum in tabulis, papiro, aut ligno depictas, cruces ligneas, æreas, aut quid simile vendunt, vt scilicet regiam gabellam non soluant ex earum rerũ venditione, quasi non tàm vendere, eo quod in his rebus quid impium resonaret venditio, quam operæ suæ vel alienæ mercedem petere videantur, quod locationi potiùs accedit ex latè resolutis suprá cap. 2. per totum. Ac proinde vsu receptum est, vt qui eas res venales exponunt aut deferunt, non res ipsas sed operam vendere protestentur, sic crebró dicentes, *a las hechuras*. Idemq; iuris inuiolabiliter obseruatur in statuarijs, quos esculptores vulgus appellat: habent enim istius iuris immunitatem ex ea causa, quamuis quidem nulla lege regia indulgeatur, quin potiús in contrariũ sit dicta. l. 2. ver. *de las cruzes*. tit. 22. lib. 9. Recop. quã scio circá cruzes ex quacumq; materia factas in hoc Toletano regno non obseruari.

Rursús notanda est decisio tex. in.

tex.in.l.18.tit.17.lib.9.Recop. quæ erat.l.37. in quat. gabella. vbi aurificibus & argentarijs leuissima gabellæ quantitas præscribitur, vt aduertimus suprà.d. cap.2.nu.27. quo loco nonnulla circà illius legis intellectum animaduertimus. Núnc veró illud præcipuè notandum est ex ea lege, quod si quęcumq; priuata persona præter aurifices & mercatores, argentum factum vel infectum vendiderit, nihil debet gabellæ nomine, vt apertè probat tex.in.d.l.18.ibi *y que otras personas algunas no paguen el caualà de la plata que vendieren.* Id quod & in auro quoq; ex eadem ratione intelligēdum est, licet lex illa non exprimat, quià sic quotidiana praxis obseruat in hoc regno, quicquid aliud in ciuitate Hispalensi decidit tex. in.d.l.2. ver. *el marco de plata.* & ver. *de qualquier oro de tiuar.* titul. 22.lib.9.Recop. circà quam praxim illud valdè dubitatum fuisse audio, àn quod de auro & argento diximus, ex.d.l.18.Reco. de metallo hoc, illo, quod ex aurifodinis vel argenti fodinis extrahitur, dicendum sit, vt scilicet illius metalli venditores gabellam non debeant ex illius legis priuilegio: quæ sanè quæstio in Indiarum regnis & vtilis & frequens est. Atqui dubitari non licet, quin ex illius metalli venditione regia decima debeatur, eo quod metallum illud, donec vi ignis in fornacibus distilletur, & quod terreum aut lapideum est, exustum separetur & extrahatur, argentum & aurum dici non potest, nec est, iuxtà ea quæ aduertit D. Vallesius de sacra philosophia cap. 45. sicut neq; oliua oleum est, aut vuæ vinum dici possunt: quià regulàriter aliud est materia, aliud res, quæ ex illa conficitur, vt ait tex.in.l.si conuenerit. §. si quis. D. de pigno. actio. quod & in Alchimico auro vel argento procul dubió procedit, vt scilicet ex ijs rebus, sicut ex quibuslibet alijs regia decima soluenda sit, eo quod verè aurũ & argentum non est, vt tradit Slyuester in summa. ver. alchimia. & vide Montaluum in.l. 5.glo.1.tit.12.lib.2.fori. Nec de lapillis pretiosis & gemmis vlla vnquam dubitatio fuit, quod gabellæ excusationem non habeant, de quibus vide tex. in. l. cum aurum. §. fina. D. de auro & arg. legato. &. l. fina.§. species. D. de publica.

71 Nam. 71. ibi. necessarium intelligitur, adde: vnde furiosum eum esse, qui cúm ægrotasset, medicinas nollet recipere, credi glossa in cap. prouidendum. 83. dist. inct. quam singularem esse notant plurimi relati

relati per Pet. Rebuffum ad leges Gallicas. 1. tomo. de sententijs promissio. in præfatione. num. 96.

Summa capitis Vigesimi primi.

1 *A Fraudibus cauendũ est in quocumq; negocio.*
2 *Fraudis definitio.*
3 *Etiam in lege pœnali fraus est euitanda.*
4 *Verba sunt impropriè accipienda etiam in lege pœnali, vt mens eius seruetur.*
5 *Fraudis exclusio vel maximè in tributis commendatur.*
6 *Aequissimæ sunt omnes leges quaterni gabellarum.*
7 *Nulla certa regula dari potest, quæ omnes fraudes comprehendat.*
8 *Simulationis contractuum materia remissiuè.*
9 *Quibus modis fraus in gabellarum materia committi possit.*
10 *Regulariter fraus non fit de permisso ad permissum, sed quando permissum simulatur, & prohibitum agitur.*
11 *Fraus fit per occultationem contractus aut pretij.*
12 *Specialis est decisio. l. 101. in quat gabellat exorbitans à iure communi.*
13 *Ex diutina occultatione præsumitur fraus.*
14 *Fraus fit de re ad rem.*
15 *Prohibitus vendere triticum nisi certo pretio, non potest vendere farinam nisi eo pretio.*
16 *Fraus fit de persona ad personam.*
17 *Quod fit per interpositam personam, in fraudem fieri præsumitur.*
18 *Nominis mutatione fraus committi potest.*
19 *Clerico vendente rem laici vt suam, non euitatur gabella.*
20 *Traditur ratio legum regiarum, quæ prohibent omnia bona in exemplum alienare.*
21 *Quando donator retinet rem donatam, simulata præsumitur donatio. Idem in venditore.*
22 *Fraus fit, si non omnia, sed quasi omnia bona in exemptum alienentur.*
23 *Fraus committitur de contractu ad contractum.*
24 *Ad indicandam qualitatem contractus, non sonus verborum partium, sed rei natura inspici debet.*
25 *Idem in verbis notarij.*
26 *Si pars rei vendatur, & pars donetur, fraus præsumitur.*
27 *Si res pignoretur in tantum, vel in plus*

in plus quam valet, venditio intelligitur.

28 *Traditur ratio l. 10. tit. 17. lib. 9. Recop.*

29 *Exponitur dictum, de quo supra num. 10.*

30 *Exponitur ratio conditionis. 26. in punctuationibus gabellarum.*

31 *Limitatur & declaratur illa conditio. 26.*

32 *Reprehẽditur quedã Baldi cautela ad gabellã euitandum.*

33 *Ex venditione aut permutatione per refutationẽ factis gabella debetur, ac si per traditionem fierent.*

34 *Fraus committitur de quantitate ad quantitatem.*

35 *Fraus præsumitur, quãdo quod magnũ est, in plures paruas quantitates diuiditur.*

36 *Fraus fit de qualitate ad qualitatem.*

37 *Qui se negociaturum non esse simulauit, vt facile cum gabellarijs conueniret, gabella onerandus est.*

38 *Quod ad quotidianas populorũ distributiones extenditur.*

39 *Quilibet potest solitam negotiationem relinquere inuitis gabellarijs.*

40 *Exponitur ratio l. 5. tit. 8. lib. 9. Recop. quæ in monopolijs mercatorum procedit.*

41 *Fraus in tempore fieri potest.*

42 *Testari non valens, non potest in infirmitate donare.*

43 *Cur renuncians officium publicũ, per viginti dies superstes esse debeat lege regia.*

44 *Per matrimonium in articulo mortis contractum non legitimantur naturales in præiudicium substituti.*

45 *Quod & in ingressu religionis procedit.*

46 *Qui vendit sub conditione, si clericus ipse fiat, à gabella non excusatur.*

47 *Qui vendit fructus futuros anni sequentis, cui gabellario decimam debeat.*

48 *Exponitur l. 12. tit. 17. lib. 9. Recop.*

49 *Ex annuo legato quibus gabellarijs soluenda est gabella.*

50 *Proponitur quæstio Ioannis de Platea circa gabellam locationis in plures annos contractæ.*

51 *Traditur vera ratio decidendi ad l. si seruus communis. §. cum seruus, D. de stipul. seruorum.*

52 *Notatur ratio Doctorum ad tex. in d. §. cum seruus.*

53 *Stipulatio, de qua in. d. § cum seruus. vna est & perpetua contra Doctores.*

54 *Exponitur tex. in l sancimus. §. si quis autẽ C. de donatio.*

55 *Resoluitur quæstio, de qua supra num. 50. & regia decimæ applicatur.*

56 *Decisio. l. 12. tit. 17. lib. 9. Reco. nedùm in pascuis, sed & in alijs fructibus intelligenda est.*

57 *Pralatus locans in plures annos, eo quod pralaturam esset relicturus; in fraudem fecisse intelligitur.*

58 *Fraus fieri potest circà locum.*

59 *Qui mittit animalia pragnantia, vt alibi pariant, in fraudem fecisse videtur.*

60 *Exponitur ratio. l. 30. tit. 19. lib. 9. Recop.*

61 *Fraus est difficilis probationis.*

62 *Ad probandam fraudem coniectura sufficiunt.*

63 *Mercator, qui se disrobatum cõqueritur in itinere, per domesticos probare potest.*

64 *Traditur ratio l. 14. in quat. gabella.*

65 *Notabile fraudis exemplum proponitur pro clariori materia cognitione.*

De fraudibus ergà regiã decimam præcauendis.

Caput. XXI.



Adusq; his viginti capitibus totam regiæ decimę iustitiam perstrinximus, id scilicet enarrantes qualiter & quando ius istud
1 regium debeatur: verum † quià satis non est, rei naturam & iuris veritatem agnoscere, sed & fraudes & dolos calumniátium oportet intelligere, studiosè cauẽtes nè iniustitia & veritas, vt sępè solet, obnubiletur. l. qui filium. D. de manu. testa. l. creditor. §. lucius. in fine. D. mandat. & admonet glossa in. l. penult. ver. in sobole. C. de agrico. & censitis. lib. 11. l. vnica. §. similiq; modo. C. de latina libert. tolle. Ideó de fraudibus ergá regiam decimam præcauendis caput istud adiecimus, nec quidem superuacuó: nam licet multa per totum tractatũ de hac re vagé dispersimus, videbatur adhuc opus hoc nostrum vel ex ista parte mutilum. Igitur vt in prouerbio est, statim lege facta hominum fraudes & malitiæ prodeunt, vt in legem committant impuné: id scilicet facien-
2 tes, † quod lex fieri noluit, fieri autem non vetuit, saluisq; verbis legis sententiam eius circũueniendo, vt definiunt I.C. in. l. contra legem. & l. fraus. D. de legibus: quod nemini patrocinari debet. l. nõ dubiũ. C. eo. tit.
3 id quod in materia etiã † odiosa & pœnali procedit: quià cúm leges pro communi vtilitate ferantur, etiã ex ea parte, qua pœnas respiciunt, eo quod delicta

punire

punire magna ratio æquitatis
suadet.l.Ità vulneratus.D. ad le
gem Aquil. & notát Doctores
præcipuè glossa & Baldus in:
l.2. numero.1. C. quæ sit longa
consuetudo. sic eas leges inter-
pretari debemus, ne earum vir-
tus eludatur: quin & ea verba
4 impropriè intelligere, † & le-
gem ipsam pœnalem amplia-
re oportet, vt mens eius serue-
tur, de quo est tex. in. l. 4. §. pe-
nult. D. ad Macedo. vbi docet
I.C. legem de mutuo loquen-
tem, etiàm in materia odiosa
ad venditionem extendi, nè
fraus legi fiat. l. si quis integris.
§. minor. D. qui & á quibus.
&. l.1. §. fina. D. de calumniato-
ribus. resoluit Tiraquel. post
leges connubia glo. 5. numer.
115. & in terminis huius nostræ
materiæ admonet Baldus in. l.
illud quod. numer. 14. C. de sa-
cros. eccles. famen: argumen-
tum ex ea lege contrà facientes
contractus, & conficentes in
fraudem gabellarú, & quidem
meritó: quià cúm fraudis exclu
sio, vt iàm dixi, vbiq; sáncta nó-
cessariaq; sit, vel maximè in
5 hac regiorum tributorum †
materia commendari debet,
tùm quià frequens est hoc ge-
nus maleficij, ac proinde ma-
gis execrandum. l.1. D. de abi-
geis. Túm etiàm quià tributo-
rum ratio & militibus & priua
tis, ipsisq; templis, & cunctæ
reipublicæ vtilis & necessaria
est, vt inquit tex. in auth. de mã
da. princi. §. publicorum. colla.
3. ideó quotiens de gabellæ so-
lutione, & alicuius fraudis doli
uè detectione agimus, summis
fauoribus, summaq; iudicum
diligentia adiuuanda res est, ac
6 proinde æquissimas † esse dixi-
mus omnes leges quaterni ga-
bellarũ, quæ hominum fraudi-
bus in vectigaliũ cõseruationẽ
diligẽter occurrunt, & regia tri
buta tuentur, vt aduertimus su
prà in præfatione. nu. 32. in fine.
Cæterúm, vt properem, an-
7 notasse oportet, † in hoc frau-
dum tractatu certam normam
siue regulam dari non posse,
quo magis vniuersæ contrahen
tium fraudes dignoscantur:
multæ nàmq; hominibus ad
maliciam viæ sunt, vt ait tex.
in auth. de nuptis. capit. 2. §.
nouimus autem. ad finem. col-
lat. 4. præcipué dúm regium
fiscum eiusq; gabellarios totis
viribus fraudare nitũtur, vt ex-
periencia docet, & aliàs inquit
tex. in tit. in quibus causis feu.
amitt. in vsibus feudo. & caue-
re iubet. l. 11. tit. 17. lib. 9. Re-
cop. quæ erat. l. 101. in quat. ga-
bella. Sed quià nihil tàm va-
gum, tàmq; dispersum in iure
est, quod vel ex maiori parte
sub certa aliqua definitione

comprehendi non posit, vt prorsús inexperti in hoc etiã iuris membro iuuari valeant,
8 relicta tota simulationis † contractuum materia, quæ alijs in locis latè patet, vt per Bart. in l. post contractum. & ibi Doctores. D. de donatio. in l. multúm. C. si quis alteri vel sibi. & tòto tit. 6. plus valere quod agitur. Cepolam in tract. simulationis contractuum. & Matthæum de Afflictis in cap. 1. de feudo dato in vicem legis commisso. & in tract. prothomiseos. §. 4. nisi quis. ver. sciendum. Montaluum in l. fin. a glo. 2. tit. 11. lib. 1. fori. Tiraquel. de retract. ligna. in diuersis locis. & in retractu conuentio. in proemio. nu. 113. Lucam de Penna in l. quemadmodum. C. de agrico. & censitis. lib. 11. Bertachi. Firmia. de gabellis. qui omnes infinitos penè fraudandi modos enumerant, & nouissimè Mascardus de probatio. volu. 2. conclus. 834. ego quidem eos tantúm, qui ad hunc locum spectant, paucis exponam, vel quibus cognitis facilius & expeditius vniuscuiusq; animus omnem rationē ac viam fraudis in hac gabellarum materia considerare poterit.

Igitur vt alijs multis modis, vel his maximè in hac materia
9 fraudes committi solent; † scilicet omninò prorsúsq; occultando contractum: vel de re ad rem: vel de persona ad personam: vel de contractu ad contractum: vel de quantitate ad quãtitatem: vel de qualitate ad qualitatem: vel in tempore: vel in loco, prout aliàs distinguunt glossa & Doctores in d. l. contra legem. D. de legibus. Baldus & alij in d. l. non dubium. ex numer. 10. & glossa in l. humanum. ver. vniuersorum. C. eo. tit. refert & varijs exornat Auilesius in cap. 1. prætorum. ver. *de cuya mano*. Id quod in nostra materia qualiter contingere, breuiter suo ordine videamus.

Dùm illud, in primis notem,
10 quod regulariter † non fit fraus de permisso ad permissum, nec de prohibito ad prohibitum; quin ijs casibus quædam multiplicatio est boni vel mali: sed tūc propriè committitur fraus, quādo permissum simulatur, & prohibitum agitur, vt notat Io. Monachus in cap. auaritiæ. de electio. lib. 6. & facit tex. in l. ab Anastasio. in fine. C. mandati. allegat Montaluus in d. l. fina. fori. glo. 2. in fine. & latiús explicabimus infrà isto capite. nu. 29. veluti statutum est, vt quicumq; rem aliquam vendiderit, decimam pretij fisco soluat, vt decidit nostra lex gabellaria: & cúm tu verè fundum vendidisses,

dísses, contraxisse negas, vel do-
nationem aut fundi locationē
fecisse aís, vel aliqua alia simula-
tione gabellæ debitum subtra-
his. Et hoc est, quod præcipuè
in hoc toto capitulo agendum
proponimus.
11 Et primó, † quando occulta-
to cótractu vel eius pretio, frau-
dem quis commiserit, vidēda
sunt ea, quæ superiús diximus
in scholio ad. l. 1. ver. pretij. tit.
17. lib. 9. Recop. vbi diximus ob-
seruandā esse decisionem tex.
in. d. l. 101. in quat. gabe. quæ iu-
bet, quotiens vēditio contracta
erit, nec de pretio certo cōstite-
rit, pretium rei definiri per iudi-
cē, & duos bonos viros ciuitatis
12 aut loci: quod est speciale, † regu-
lariter enim cū de vēditione cō-
stat, & pretij quantitas ignora-
tur, ex solius iudicis arbitrio de-
clarari oportet, prout ex cōmu-
ni sentētia resoluit Menochius
de arb. iudi. quæst. casu. 143. quin
si ipsa vēditio occultetur, vnius
mediatoris seu proxenetæ, aut
solius emptoris dicto standum
est, si modó per gabellariū eorū
quilibet, vt fraus euitetur, in iu-
diciū deducatur. l. 114. in quat.
gabell. quæ est. l. 28. tit. 19. lib. 9.
Reco. quod propter difficilem
probationē decisum est, vt in-
frà dicemus nu. 64. & qualiter
intelligi debeat, latè suprá expli-
cuimus cap. 18. nu. 74. Atqui ex
13 diutina occultatione † fraudulē-
tus contractus esse præsumitur,
vt latè resoluit Maschardus de
probatio. lib. 2. conclus. 815. nu.
33. & circá hanc fraudem vide
ea, quæ diximus suprá cap. 13.
num. 18.
Secundó quando fraus fit de
14 re ad rem, † habemus exem-
plum in. l. sed & Iulianus. astás.
l. item si filius familiás. ff. man-
dati. D. ad Macedo. vbi cúm sena-
tus numeratam pecuniam filio
familiàs mutuari prohibuisset,
ne fraus Senatusconsulto adhi-
beretur, idem in alijs rebus, quæ
in genere suo functionem re-
cipiunt, veluti frumento, oleo,
vel vino mutuo dato recep-
tum est, si modó ad eum effe-
ctum mutuó dentur, vt his di-
stractis fructibus, filiusfami-
liás pecunia vteretur: vnde di-
xit Baldus in. d. l. non dubium.
nu. 10. C. de legibus. quod pro-
hibitus vendere frumētum ex-
trà territoriū, non potest vende-
re farinā aut panē: tradit idem
Bartol. in. l. quæsitum. §. illud. de
lega. 3. & resoluit Boerius deci-
sione. 177. nu. 3. & qui certo &
legitimo pretio tenetur frumē-
15 tum vendere, † non potest in
farinę aut panis cocti vēditione
pretiū illud excedere, quamuis
aliud sit frumentū, aliud panis,
aut farina, ex. l. si conuenerit.
§. si quis. D. de pigno. actio.

cum resolutis per Mexiam in prag. panis. conclu. 4. nu. 3. qui fraudandi modus facile potest in hac gabellarum materia cōtingere, si cúm res quælibet cōmunis & vulgaris venderetur, alterius rei immunis simuletur venditio: vel cū frenum & sellā magni valoris vendere voluissem, ex quarum rerum venditione palàm est gabellam deberi, iuxtá. l. 38. tit. 18. & l. 2. ver. *de las sillas*. tit. 22. lib. 9. Recop. vilem quendam equum ijs ornatum vendidissem, vt gabellam excusarem equi priuilegio, de quo in. l. 34. d. tit. 18. lib. 9. Reco. quo sanè casu aperta fraus fiet, vt aduertimus suprà cap. 20. nu. 26. in fine.

Tertiò de persona ad personam fraudem committimus, †
16 quandó persona aliqua prohibita est contrahere, & loco prohibitæ alia supponitur. l. si sponsus. in prin. ver. generaliter. D. de donatio. inter virum. &. l. hac edictali. in prin. ver. sin veró plus. C. de secundis nuptijs. Et regulariter † quod fit per in
17 ter positam personam, in fraudem fieri præsumitur, vt notat Barto. in. l. pupillus. §. fina. per tex. ibi. D. de auctoritate tuto. Iason in. §. item si quis in fraudem. nu. 47. Instit. de actio. & Platea in. l. 1. ver. tertió nota. C. de prædijs curia. lib. 10. Idem si non mutetur persona, sed no-
18 men ipsum † l. eum qui probabilem. ibi. sororiæ appellationis. cum glo. ibi. C. de episco. & clericis. & glo. fina. in. l. 1. C. de priuil. schol. lib. 12. Id quod in nostra materia fiet, quando persona aliqua exēpta supponeretur, vt quód alterius esset, quasi suū venderet, vel saltem nomen illius exempti in scriptura venditionis apponeretur. Veluti si
19 cúm res esset laici, † clericus eam vt suam vendidisset eo animo, vt laici negocium gerens gabellam fraudaret, quo casu & in fiscum & in suam conscientiam peccat, vt tradit D. Peretius in rub. tit. 2. lib. 8. ordi. pag. 34. colu. 2. ad medium. & facit optimus tex. in. l. 6. tit. 21. part. 1. ideó fraude detecta non minùs regia decima exigēda est, ex ea vēditione, quàm si laicus dominus vēdidisset, quià interueniens persona clerici realitatem venditionis non mutat ex ijs, quæ diximus suprà cap. 15. nu. 9. vbi allegauimus Bart. in. l. fina. in fine. nu. 8. C. de annonis & tribu. lib. 10. qui sumit argumentum ex eo tex. contra clericos & alios habētes immunitatē à gabellis, qui suo prætextu alios excusant. notat Baldus in. l. sacrosancta. per tex. ibi. C. de sacros. eccles. & Bart. in. l. 1. C. de nauibus non excu. lib. 11.

lib. 11. ait esse casum in ea lege contra comitatenses, qui faciunt aliquem ciuem emere proeis, vt sub titulo ciuium nō subsint oneribus impositis, refert & sequitur Matthæus de Afflictis titul. quæ sint regalia. ver. vectigalia. numer. 170. in vsibus feudo.

Atqui in eandem sententiam est optimus tex. in. l. 6. tit. 9. lib. 5. ordi. quæ est hodie. l. 11. tit. 10. lib. 5. Recop. vbi ex prædicta iuris ratione † magna pœna statuitur aduersùs eos, qui bona sua omnia filio clerico aut aliæ exemptæ personæ cesserint vel donauerint, quasi in fraudem iurium regalium fecisse videantur. l. 212. styli. quas leges iure defendit Di. Peretius in. l. 1. glo. 1. colu. 90. ver. hoc tamen intelligo. tit. 3. lib. 1. ordina. & quod eo modo in fraudem fisci donatum sit, confiscari debet. l. 1. C. vt nemo ad suum patrocinium. lib. 11. quam allegat Montaluus in. l. fina. glo. 2. ad medium. titul. 11. lib. 1. fori. dicens tales contractus esse ipso iure nullos, & quòd in duplum teneantur, qui ea bona recipiunt, notat Bartolus in. l. qui in contractibus. C. de iure fisci. libr. 10. quæ fraus † vel tùnc maximé apparebit, quando donator ipse bona sua iàm donata possidere & administrare adhúc rêperiatur, quiá nec alienasse censetur. l. sicùt. §. superuacuum. D. quibus modis pig. vel hypoth. cúm resolutis per Maschard. de probatio. volu. 2. conclusione. 815. numer. 48. idemq; iuris in venditore obseruabitur, qui diù post contractum possederit, vt resoluit Baldus con. 438. lib. 5. & regulariter donatio omnium bonorum suspecta est tàm contrà creditores, quám contra fiscum, si in personam exemptam & immunem conferatur, vt in. l. omnes. §. lucius. D. quæ in frau. cred. cum notatis per glo. in. l. qui testamentum. D. de probatio. & laté resoluit Montaluus in. l. 7. ver. de todo. tit. 12. lib. 3. fori. Idemq; iuris est, † si non omnia bona, sed quasi omnia donata sint, vt notat Auenda. de exeque. manda. 2. parte. cap. 14. nu. 30. ver. item alij nituntur. iuxtà ea, quæ de quinto in donationibus reseruando, notât Doctores in. l. 69. Tauri. quæ est. l. 8. tit. 10. lib. 5. Recop. & quâuis hi omnes Doctores, & prædictæ leges regiæ expressè loquantur in ijs, qui in fraudē seruitij regalis bona sua alienant, eadē fraus cōmitti potest à non tributario eo proposito, vt in vēditione fructuū bonorū suorum regiā decimam

20 (beside "dicta iuris ratione")
21 (beside "fraus † vel tùnc")
22 (beside "est, † si non omnia")

prætextu clerici, aut cuiuſuis
donatarij aliàs exempti excuſa-
te valeat.
23 Quarto † fraus committitur &
quidem ſæpe de contractu ad
contractum, veluti quãdo vnus
contractus veré geritur, & alius
ſimulatur: quo caſu regula eſt,
plus valere quod agitur, quàm
quod ſimulate concipitur, vt in
rub. C. plus valere quod agitur.
& eſt tex. in. l. ſi ſponſus. §. circá.
D. de donatio inter vitum. Vbi
venditio pro donatione iudica-
tur, eo quod cúm maritus ani-
mum vendendi non haberet,
venditionem commentus eſt,
vt donaret: quiá ad iudicãdam
24 qualitatem † cõtractus, nõn ſo-
nus verborum, ſed rei effectus
inſpicitur, & potiùs verba de-
ſeruiunt naturæ contractus,
quàm natura verbis, vt notat
Baldus in. l. 2. nu. 2. C. commo-
dat. pro quo allegat tex. notabi
lem in. l. inſulã. D. de præſcrip.
verbis. & per eundem tex. tra-
dit idem Baldus in rub. nu. 9. C.
de iure emphite. quin immó
idem Baldus in eadem rub. in
fine. Ait, quod ſiue in contra-
ctu, ſiue in iudicio põnatur no-
men vnius contractus, & effe-
ctus alterius, iudicandum eſt ſe
cundúm naturam illius contra
ctus, cuius effectus proponitur,
& nomen appoſitum quod nõ
conuenit effectui, habetur pro
non appoſito. l. ſed ſi poſſeſſioni.
§. item ſi iura vero. ibi. effectum
iuriſiurandi ſequendum arbi-
tror. D. de iure iurando, l. ſi vno.
ver. ſed etſi verbo. D. locati. l. 1.
C. vt nemo ad ſuũ patroci. lib.
11. & tex. in cap. imperialem. §.
callidis. de prohibita feudi alie-
nat. in vſibus feudo. vnde dixit
idem Baldus in. l. 1. nu. 5. C. de
rerum permuta. quod ſi nota-
25 rius † ſcripſit permutationem,
& in rei veritate venditio ſit,
ſtatur naturæ rei, & non verbo
notarij, quià non attenditur no
men contractus, ſed ſubſtan-
tia; & ſecundúm eam iudicatur
d. l. inſulam. l. ſi tám anguſti. D.
de ſeruitut. & l. ſi librarius. 29.
D. de reg. iuris. refert Decius
con. 160. nu. 2. vol. 1. quod æquè
tàm pro venditorè, quam pro
ipſo fiſco obſeruandum eſt, vt
ex Baldo in. l. 1. nu. 2. C. ſi ſeruus
extero. notat Caro. Molinæus
in cõſuer. Pariſi. tit. 1. §. 22. quæſt.
16. nu. 60. & memini ſupra cap.
7. nu. fina. ex quibus in noſtra
materia rectè reſoluit D. Pere-
tius in. l. 1. in prin. tit. 7. lib. 5. or-
dina. pag. 175. donatorem tene
ri ad ſolutionem gabellæ; quan
do donatarius ei dedit pretium
correſpõdens rei: nàm licet no-
men ſonet in contractum do-
nationis ad fraudandam gabel-
lam, verè eſt contractus vendi-
tionis: idemq; eſſe ait, ſi in loca
tionem

tionem sonet. Immó si emp-
tor constitueret pretium centũ
aureorum, vel cuiuslibet alte-
rius summæ, & centum alios
aureos venditori donaret sub
commemoratione etiàm me-
ritorum, quæ alioquin non pro
bentur, fraus videbitur facta ad
minuendam gabellam: & ideó
tám summę donatæ, quam pre
tij constituti habebitur ratio ad
gabellæ computationem, id
quod ex iusta rei venditæ ęsti-
matione deprehendetur, vt tra
dit Tiraque. de retract. ligna. §.
1. glo. 18. numer. 19. argumento
eius, quod dixit glossa in. l. 1. §. 1.
ver. agendo. & ibi Bart. D. de su
perficiebus. resoluit Caro. Mo-
linæus vbi suprà. d. titul. 1. §. 13.
26 glo. 5. num. 52. idemq; erit, † si
pars rei donatur, & pars vendi-
tur, quiá fraus pręsumitur, vt
ait Baldus in. l. 2. C. de repud. hę
red. Abbas in cap. fina. num. 7.
ver. quartò. de aliena. iudi. mut.
refert & sequitur Boetius deci-
sione. 143. num. 2. Sed certè isto
casu quoad nostram materiam
nulla erit fraudis præsumptio,
nisi pars pretij occultata probe
tur: etenim siue pars rei, siue to
ta res vendita esse intelliga-
tur, pretij quantitas inspicien
da erit.

Atqui ex eodem fonte pro-
cedit, † quod si res propria in
27 tantum pigneretur pro mutua
pecunia recepta, vel in plus,
quàm res ipsa valeat, ità vt nul-
la sit luitionis spes, iuxtá. l. qui
habebat. in prin. vbi glo. &
Bart. de lega. 3. præsumptio est,
nomen hypothecæ loco vendi
tionis supponi, vt resoluimus
suprá cap. 7. num. 65. & regula-
riter is, qui vendit prætextu
mutui, facilè deprehendetur,
quando mutuans recipit fru-
ctus rei hypothecatæ, & in pro
prios vsus conuertit, cùm ex ea
pignoris causa suos facere non
possit, quin in sortem compu-
tare debet. l. si dominium. C.
de pignoribus. l. 2. C. de partu
pigno. & l. 1. C. de distract. pig-
no. Vnde propter hanc fraudé,
28 † & vt faciliús á gabellarijs de
tegi valeat, iure statutum est, vt
tabelliones quarumcumq; alie-
nationum copiam edant peten
tibus publicanis, non quidem
ex eo quod ex quacumq; alie-
natione gabella debeatur, sed
quià facilè sub alijs contracti-
bus emptio & venditio, atqui
etiam permutatio occultari po
test, vt habetur in. l. 10. titul. 17.
lib. 9. Recop. & aduertimus su-
prá cap. 10. num. 5.

Et quamuis regulariter dici
29. soleat, † fraudem non commit
ti de permisso ad permissum,
nec de prohibito ad prohibitũ,
vt dixit Io. Monachus in cap.
auaritiæ. de electio. lib. 6. & re-

tolimus ſuprà iſto capite. num. 10. Attentiús conſiderandum eſt, non id ſemper itá obſeruari: quià & aliquando de permiſſo ad permiſſum fraus committi poteſt ſine prohibiti ſimulatione, veluti cúm aliquid fit verè, ſed eo tantùm animo, vt lex euitetur, quod aliàs non fieret, vt eſt tex. in. l. ſi libertus minorem. D. de iure patronatus. Vbi libertus, qui aliás liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habet, ſi eo animo bona ſua alienauerit, vt patronum á ſucceſsione excludat, nihil agit: quamuis quidem nihil ſimulaté, ſed palám & veré efficiat, vt recté notat Philip. Corneus con. 29. num. 23. lib. 3. vbi declarans eam regulam, quæ habet, in fraudem fieri quando vnum agitur, & aliud ſimulatur, conſtanter ait, quod licet illud cenſeatur in fraudem factũ, non ideó ſequitur, quod & aliter non poſsit in fraudem fieri, prout patet in toto tit. C. &. D. de his quę in fraudem cred. Vbi verè & palàm fit alienatio, nec aliud ſimulatur agi, quàm in aperto fiat, & tamen in fraudẽ creditorum fieri dicitur, quià fit vt damnificentur creditores. Simile D. &. C. ſi in fraudẽ patroni. Nàm vt dixi, in fraudem legis fit, quando fit aliquid etiã verè, vt euitetur lex, quod aliàs non fieret ex. d. l. ſi libertus. & in fraudem legis fieri dicitur, quando verba legis ſeruantur, & contrá eius mentem itum eſt. l. contrá legem. l. fraus. D. de legibus. refert & ſequitur Tiraquellus de retra. ligna. in præfatione. num. 74. quó fit in no-

30 ſtra † materia, vt quamuis qui fundum habet fructibus plenum, non minús eum locare poſsit, quàm fructus vendere, vt eſt tex. expreſſus in. l. ſi olei. C. de locato. iuxtá verum eius intellectum, de quo ſuprà cap. 2. num. 39. adhúc quidem, quià eo caſu qui locationem fundi potiús, quam fructuum venditionem ſellegit, in probabili ſuſpicione eſt, eo tantùm fuiſſe animo, vt legis onus euitaret, & gabellam non ſolueret, cúm tamen aliàs fructus eſſet venditurus, prout & frequens & naturallius eſt fieri eo caſu, optima iuſtaq; ratione deciſum extat, vt quidquid eo caſu verè fundũ quis locauerit, potiús pendentes fructus vendere præſumatur, ac proinde regiæ decimæ ſolutionem non excuſet, vt habetur in nouis punctuatio. gabella. condit. 26. & explicuimus ſuprà dicto cap. 2. nu. 53.

Circà quod illud nùnc ad-
31 dendum putaui: † deciſionem illam regiam eo tantúm caſu acipiendam eſſe, quó fundus ille pro illo

pro illo anno duntaxat locaretur, ità vt sublatis fructibus, qui erant pendentes, locatio & conductio finiatur: túnc enim rectissimè procedit illa decisio, vt explicui, quiá manifestum est ratione fructuum duntaxát, qui iàm apparebant, eum locationis contractum factum fuisse, & propriorem seù magis naturalem venditionis contractum secundúm rei gestæ naturam relinqui, vt lex gabellaria euitaretur, quod ferendum non est ex d. l. si libertus minorem. D. de iure patronatus. Secús autem fore, si apparétibus aut maturis fructibus fundus ille locaretur non pro illo anno duntaxàt, sed & pro pluribus, veluti in duos vel tres aut plures annos, qui statim currere inciperent: quià tunc, licet in ea locatione pendentes illi fructus comprehendantur, nulla adhúc, vt existimo, ex eo contractu gabella debebitur; quiá vnicum locationis negocium est, & deficit fraudis suspicionisq; ratio, quæ in priori casu apertè militabat: cúm nullatenùs dici pòssit, hunc locatorem sic potiús contraxisse, vt legem gabellariam eluderet, qui aliàs non locare, sed vendere debuisset ex doctrina præhabita: etenim in hoc secundo casu manifestum est, iusté quidem ex vtili rei suæ administratione fundum locasse, locaturumq; esse, quamuis aliás nulla lex venditionis contractum onerasset. Nec immoretur nos generalitas prædictæ regiæ conditionis .26. quæ non distinguit, atq; ideó nec nos distinguere debeamus: quiá cúm expressè ea conditio venditorú fraudibus occurrat, necessarió intelligenda est in ijs casibus, quibus eius præsumptio possit procedere ex facti cóntingentia: át in specie, de qua agimus, & fraus & vnica legis ratio apertè cesśât, ac proinde & lex ipsa cessare debet ex laté resolutis per Tiraq. de cessante causa. nu. 130.

32 Ex qua tota resolutione euidéter appares, † securá non esse ad gabellæ excusationé cautelam Baldi in. l. tres fratres. nu. 3. D. de pactis. prout meminimus suprà cap. 9. nu. fina. & cap. 20. nu. 46. cuius verba hæc sunt: tertió nota, diuisionem posse fieri per confessionem & per refutationem hinc inde: & hęc forma traditur, & quotidie vtimur, ista forma diuidendi per refutationem, quæ differt ab ea, quæ per traditionem fit: quiá per traditionem transfertur dominium, non per refutationem, vt. C. de transactio. l. si pro fundo. & eo. tit. l. siue apud acta. & hoc facimus in hac ciuitate propter vitan-

vitandam solutionem gabellæ, quæ pro forma ordinamentorum debet solui de contractibus, non de refutationibus: hæc ille. Quia certè, vt dixi, hæc cautela falsa est, eo quod quamuis verum sit, rectè fieri posse diuisionem rerum hæreditatis, vel aliás communium eo modo, quem exprimit Baldus in dicto loco, scilicet quod ego refutem siue renunciem vnam rē communem, & tu alterā, vt vterq; habeat in solidum, quod ab altero refutatum siue renunciatū ést: quo casu verum est dicere, vnum ab altero nihil accipere, vt dici possit permutationem fieri, quæ regulariter in diuisiō ne contrahitur, iuxtà ea, quæ late resoluimus suprà cap.20.nu. 45. negari non potest, eum diuidēdi modum in fraudem gabellæ excogitatum esse, quæ ex forma ordinamentorum ex cō tractibus deberetur, non minús quam si eó modo venditio
33 fieret aut permutatio, + veluti: præfatione habita de vendendo, ego coram te dixi, hanc meam pecuniam pro derelicto habeo: & tu dixisti, hanc rē meam habere nollo, sed pro derelicto habeo: atqui statim tu pecuniam occupaueris, & ego rem, iuxtá tex. in §. hoc amplius. in fine. Instit. de rerum diuisione. quo sané casu quis dicet, venditionis gabellam non deberi: etenim licet verè & realiter nulla venditio contracta sit, eo quod non interuenerit cōtractus do vt des, iuxtà l. naturalis. D. de præscrip. verbis. negari non potest, id à nobis factū communemq; esse in fraudem gabellę, ac proinde nobis patrocinari non debere per tex. in d. l. si libertus. Et regulā superiùs traditam in hac materia: quod est valde notandum pro alijs cōtractibus, quicquid generaliter apud nos iure régio ex quali bet bonorū diuisióne, siue per traditionem, siue per refutationem fiat, gabella non debeatur, vt laté resoluimus suprà dicto cap. 20. ex nu. 42.

34 Quintó fraus cōmittitur de quantitate ad quantitatem, + prout contingit in specie tex. in d. l. si libertus. D. de iure patro. & contingere potest in nostra materia, quotiens contrahētes minorem summam scribi fecerint in instrumento, quá quæ re vera pretij nomine data sit; vt deciditur in. l. 11. ibi *o ponen menosprecio*. tit. 17. lib. 9.
35 Recop. vel cúm plures paruæ + venditiones contraherentur, quæ simúl iunctæ vnam magnam efficerent re & effectu, si forte, iuxtà formam statuti ex minutis venditionibus gabella non deberetur, quià fraus

fraus fieri intelligitur eo casu, iuxta l. nomen. §. filio. de lega. 3. & notat Baldus. in. l. fraus. D. de legibus. Quod aliás pro iure nostro decimali vtile esse posset aduertere, iuxtá aliquorum sententiam existimantiũ, ex minutalis vẽditionibus, quę decem marauedinos non ascẽderent, regiam decimam non deberi, quod falsum esse ostendimus suprà in scholio ad. l. 1. ver. ex singulis. tit. 17. lib. 9. Recop. & de hac re vide Caro. Molinæum in consuet. Parisi. tit. 1. §. 55. glo. 5. ex nu. 2. & quæ diximus suprá cap. 17. nu. 17.

Sextó committimus fraudem de qualitate ad qualitatẽ,
36 * quando non mutatur persona venditoris, vt aliàs diximus suprà numer. 16. sed eiusdem qualitas callidè simulata est, iuxta tex. in. l. penult. §. negociatio. ibi. Illud excutiatur, àn effugiendorum munerum causa imaginem nauicularij induat. D. de iure immu. quod túnc in nostra materia continget, cúm quis immunem se aliquam personam esse mentitus fuerit: vel cúm præparatam haberet ne-
37 gociationem: vel saltem eo esset animo, vt negociaretur, minimè se negociaturum esse finxerit, vt de parua gabellæ summa eo anno soluenda facile cúm gabellarijs conueniret, & post conuentionem scienter negociari cœpit: quo sanè casu apertam fraudem committit, ille personæ suæ qualitatem occultans, quià cùm re vera negociator esset, ac proindè maiori summa dignus, aliud in gabellariorum necem simulauit: id quod in quotidiana ga-
38 bellarum distributione * à concilio populi facienda vbiq; solet contingere vnde fraude detecta, prima distributio siue cõuentio illi non proderit, quominús ratione negociationis assumptæ gabellæ onere iterum prægrauetur: veluti si à principio negociaretur, quià callidis artibus resistit prætor. Quæ quidem fraus vel túnc maximé apparebit, quando statim post conuentionem factam ille inciperet negociari: etenim quod in continenti fit, præmachinatum ante pręsumitur, iuxtà notata per Dynum & Doctores in. l. post contractum. D. dè donatio. Et ratione vicinitatis actuum, inducitur pręsumptio dolositatis, vt docet Baldus in. l. 2. nu. 1. C. de repudi. hæred.
39 Cęterù si is, * qui anteà negociari solebat, omninó negociationé omiserit, nec in posterũ negociari velit, id proculdubio & quidẽ liberè efficere potest, nec cogẽdus erit ad relictã negociationẽ reuertere, vt quolcquid inde fiscus

autem cum eam ægram videret, in hoc ei repudium misit, vt in matrimonio non decederet, & hęredibus vxoris potiùs, quam mihi dotem redderet, & tamen in ea lege deciditur fraudulentum repudium non posse patri præiudicare: per quem tex. & alia iura per eum allegata resoluit D. Fran. Sarmientus de reditibus ecclesi. 4. part. cap. 4. numer. 6. quod si episcopus
41 † testari non valens de bonis adquisitis ratione sui episcopatus, cùm esset infirmus aliquid donauerit, nihil agit, quia in fraudem fecisse videtur, sequitur Molina libr. 2. de primog. Hisp. cap. 10. numer. 38. &
43 ideo iure nostro regio, † ne callidæ officiorum renunciationes fiant, statutum est, vt renuncians officium publicum, per viginti dies ab actu renunciationis computandos super esse debeat, vt habetur in. l. 22. titul. 2. lib. 7. ordi. quæ est hodie. l. 4. tit. 4. lib. 7. Recop. quia ex eadem ratione dixerunt Angelus & Socinus in. l. sed est quæsitum. D. de lib. & posthu. quod matrimoniũ
44 † in articulo mortis contractũ, quod aliás validum est, legitimationem filiorum naturaliũ non operatur in præiudicium substituti. Quod etiam voluit Decius in cap. in præsentia. nu. 56. de probatio. & Parisius cons. 13. nu. 56. cum sequenti. volu. 1. qui post Abbatem tenet, idem
45 in ingressu religionis † obseruãdum fore, vt in articulo mortis facta professio nõ operetur exclusionem substituti, licet monasteriũ excludere eum soleat, vt in. d. cap. in præsentia. Quòd in vtraq; specie fraus substituto fieri videatur, cũ eo mortis tẽpore finiri magis, quam incipere soleat nouus status, vt refert de vtriusq; dicti veritate disputans D. Fran. Sarmiẽtus lib. 1. select. interp. cap. 6. nu. 8. & est aliud istius fraudis exẽplum, quod tradit glossa optima in. l. nulli. C. de erog. milit. anno. lib. 12. dum notat aduersùs Albertũ Calu. qui mutuabat granũ rustiscis tẽpore vbertatis, & nunquã illud procrastinando recipiebat nisi tempore caristię. Et poterit esse aliud exemplum, iuxtá id, quod suprà dicebamus cap. 5.
46 nu. 33. ad finem. veluti si quis, † cum fundũ suũ vellet distrahere, sperans de proximo sacros ordines suscipere, ità sub ea cõditione vẽdidisset, si clericus factus esset, quo magis sacrorum ordinum priuilegio gabellam excusaret, etenim sic cõtrahens dolo fecisse videtur, arg. tex. in. l. fina. D. de stipu. seruo.
47 Quin † & in eo quoq; casu fraus ista potest contingere quando quis

quis vendit hoc anno fructus futuros anni sequētis, qui ex fundo suo percipientur, eo fortassis animo vt minorem gabellæ summam gabellario solueret: nām cúm rectè posſit eorum fructuum venditionem in annum sequentem differre, quo iám tempore alius erit gabellarius, facile pro leui summa cū gabellario istius anni conueniet, vt aduertimus suprà dicto cap. 5. num. 20. quæ sanè fraus nec venditori, nec prædicto gabellario istius anni prodesse poterit in fraudem gabellarij anni sequentis, quem iustum est ijs gabellis frui, quę ex venditione fructuum eo anno productorū deberi poterit, de quo est text. elegans in l. 12. tit. 17. lib. 9. Recopilat. per quem duplici fraudi succurritur:

48 † solebant enim pascuorum domini vel in exitu pecorum conuentiones facere super pecuniá pro pastu percepto soluenda; vel potiús eas conuentiones faciebant ante pecorum ingressum priusquam herba pasceretur, hoc modo: conueniebat inter nós hoc anno, quid daturus esses pro pastu anni sequentis: vel aliter, patiebat hoc anno, vt pecora tua introirēt in pascua méa nulla facta pretij conuentione, & posteà finito anno sequenti cúm è pascuis exirent, de soluendo pretio eoq; definiendo agebamus, & soluebatur: inde inter gabellarios trium annorū duplex oriebatur quæstio; primo enim casu gabellarius istius anni antecedentis petebat gabellam statim sibi solui vel saltem deberi; eo quod suo tempore pura venditio contracta esset, nec expectandum foret tēpus traditionis rei venditæ, videlicet quod pecora herbam depascerent ex suprà resolutis cap. 3. per totam. in secundo autem casu ex eadem ratione gabellarius illius anni subsequentis, quo scilicet pecora è pascuis exirent, gabellam petebat, eò quod túnc fieret venditionis & pretij cōuentió, nec obstaret quod res anteà tradita esset, cuius nondúm facta esset venditio, quiá certum est ex contractu ipso venditionis gabellam nasci, nō ex traditione, vt aliàs diximus suprá cap. 5. nu. 4. & tamen ex altera parte vtriq; gabellario resistebat ille, qui eiusdem anni gabellarius erat, quo pecora venditam herbam depascerent, quasi in necem suá pactiones illæ factæ fuissent, & iustum esset eum gabellis herbarum frui, quæ suo tempore pascerentur: pro quo sanè exijt decisio illius legis regiæ ad vitādas fraudes, quæ aliter in tempore prædictis modis cómittebantur,

bātur, eo quod siue locatio, vbi. ex locatione deberetur, siue vēditio herbarum aliorumvé fructuū fiat pro vno. vel pluribus annis, æquum iustumq; sit, vt vnicuiq; gabellario soluatur gabella pro eo anno eiusq; fructibus, cuius gabellas emerit siue conduxerit, ad quod facere videntur ea, quæ notat Baldus in. l. in annalibus. nu. 3. C. delega-
49 tis. Vbi inquit, * quod si annuū legatum relictum sit, & ex forma statuti debet solui gabella delegatis, & emptores gabellarum de anno in annum mutentur, prout solent, & quæratur, cui potius gabellario solui debeat gabella illius legati, dicendum est quod non debet solui gabella totius integriq; legati primo gabellario tēpore mortis testatoris existenti, quin potius, diuidendū est inter omnes gabellarios, qui singulis annis extiterint, ita vt quilibet habiturus sit gabellā ex eo legato pro ijs annis, quorum gabellas conduxerit, argu. tex. in l. defuncta. D. de vsufructu. l. Iulianus. §. si locatus. D. de actio. empti. & l. fina. D. de iure fisci. Idemq; tenet Bart. in. l. cum Titio. nu. 4. D. ad legem falcid. vbi additio allegat Alex. con 35. volu. 4. & Berthachi. Firmianus de gabellis. 5. parte. octauæ partis princip. quæstio. 4. & diximus supra cap. 5. numero. 10. in addit.

Ex quibus, iuncta prædicta lege regia, resoluta manet quæ-
50 stio illa Ioannis de Platea † in. l. susceptores. C. de suscep. & archa. lib. 10. quam refert Mōtaluus in. l. 5. ad finem glossę tit. 7. part. 5. vbi quęrit de gabella iuxtá statutum, vt de locatione soluatur: si quis cōduxit prædium in quinquenniū, vt annuatim solueret centum: án illa soluetur gabellario túnc existenti in primo annó, & tempore, quo locatio & conductio celebrata est, licet eius officiū finitum sit: ān veró nouis gabellarijs annuatim gabellā ementibus. & quod soluatur nouo gabellario existēti tempore solutionis cuiuslibet annuæ pensionis, facere inquit textum in. d. l. susceptores. & videri esse casum expressum in. l. si seruus communis. §. cúm seruus. D. de stipu. seruo. vbi cúm seruus fructuarius in quinq; annos operas suas locasset, & eo nomine certā pecuniam in annos singulos dari sibi stipulatus esset, nō statim quęrit domino fructuario totū ius locationis, sed pró ijs tātúm annis, quibus vsusfructus durauerit siuē perseueret, itá vt reliquorū annorum solutiones finito vsufructu proprietarios percipiat, & vnicuiq; adquiratur pro suo tēpore quantum iuris ratio permittit.

aliàs enim cōtrà rationē fieret, prout ex præhabita nostra reso lutione interpretor, vt seruus il le rectè posset in fraudē domi- ni proprietarij omnes suas ope- ras etiàm vltrà tēpus sui vsusfru ctus quærere fructuario, & pro prietatē in perpetuū inutilem reddere, videlicet statim ac si- múl vno contractu perpetuas suas operas, vel saltē pluriū an- norum vendendo siuè locádo, cui fraudi iure obuiandū est, vt benè deciditur in d. §. cùm ser uus. adquisitione stipulationis diuisa: cuius tex. hæc est vera & fundamentalis ratio decidēdi,
51 † relictis alijs rationibus, quas tradunt Doctores ibi, & alijs in locis, dubitātes quo pacto mul tiplex sit ea stipulatio, de qua in d. §. cum seruus offensa iuris ci- uilis regula, de qua in l. Stichū. § fina. D. de verb. oblig. vbi di- citur, quod stipulatio in plures annos concepta, vna est & per- petua, & non plures stipulatio- nes, sicùt è conuerso cū in plu- res annos legatur, non vnū lega tū est, sed plura legata, primi anni purū, sequentiū conditio nale, si viuat legatarius. l. 4. & l. cū in annos. D. de annuis leg. & l. senatus. §. fina. D. de dona- tio. mortis causa.
52 Bartolus enim † in d. §. cum seruus. & ibi Doctores, & in d. l. si Stichum. §. fina. D. de verb. oblig. respondent, ideó id esse in d. §. cum seruus. quiá stipula tio, de qua ibi, concepta est cū distributiua temporū præfini- tione: fuit enim stipulatio con- cepta in annos quinq;, atque ideó discretio plurium annorū facit plures stipulationes, iuxtà tex. quē sic intelligit glossa ibi, in l. pluribus. §. 1. D. de verb. oblig. sicút & plurium rerū enu meratio idem operatur. l. scire debemus. D. eo. tit. Idemq; esse ex eadē ratione existimant in l. sancimus. §. si quis autē. C. de donatio. Vbi cū annua quædā pecunia donationis causa pro- missa esset per stipulationem quoad donator vel donatarius viueret, multæ intelligantur sti pulationes esse. Sed certè ista responsio, quæ doctoribus pla- cuit, & cū eis Ioanni Corasio in scholio ad d. l. si Stichum. §. fin. nu. 1. &. 2. neutiquam placere debet, saltem quoad tex. in d. l. sancimus. quiā apertè est cōtrà tex. expressum in §. at si ità. In- stit. de verb. oblig. vbi cū decem aureos annuos quóad viuā, sti- pulatus sim, vna & perpetua sti pulatio est, quiá ad tempus de- beri nō potest. l. obligationum feré. §. placet. D. de verb. obliga. Sed nec secunda Doctorū responsio placere potest, dúm dicunt, quod vel ex eo, nō vna, sed multiplex stipulatio est illa,

de qua in d. §. cum seruus. quia scilicet stipulator ad factũ personæ cohærens obligaretur: etenim adhuc viget ratio illa, de qua in. d. §. at si ita. scilicet vnã, ac perpetuam stipulationẽ esse, quia ad tẽpus deberi nõ potest: nam (licet si verũ amamus, ista Imperatoris ratio magis ad perpetuitatem, quã ad vnitatẽ stipulationis referatur) consideratione dignũ est, quod sicut præfinitio vitæ stipulatoris, quæ cum persona finitur, efficere nequit, quominus illa stipulatio perpetuetur, & vna sit, ita quidẽ nec factum ab eodẽ præstandũ illud efficiet eo colore, quod eius morte facti præstatio finiatur: tum etiã, quia in specie dictæ. l. sancimus. nihil erat ab stipulatore implendum, & tamen stipulatio annua, de qua ibi, secundum intellectũ doctorum vnica non est, & ideo insinuatione non indiget, prout aduertit Angelus in. d. §. fin. qui aliter & nouẽ explicat ea iura. Et aliter etiam Ioan. de Imola in eodem. §. fina. quorum distinctio tantum abest, vt iura illa interpretetur, quod omnino potius inuoluat, atque confundat, nisi forte id ipsum velint illi Doctores, quod statim proponam.

53 Itaque ego † plane intelligo in dict. §. cum seruus. annuam illam stipulationem & vnam & perpetuam esse, & semel eius stipulationis diem cedere, prout perpetuum & regulare est ex dicta. l. si Stichum. §. fin. & solum dicere Iurisconsultum, quod commodum illius vnicæ stipulationis inter dominum & fructuarium diuidetur, quatenus iuris ratio permittit, videlicet vt vnusquisque habeat illius stipulationis pensiones (quas negare non possumus plures esse) pro illis annis, quibus vsumfructum habuerit: ne aliàs apertissimæ fraudi locus fiat, quam suprà considerauimus, scilicet de inutili reddenda in perpetuum proprietate. Cæterum ipsa stipulatio, vt dixi, vna & perpetua est, quæ statim á principio fructuario adquiretur sic illa fruituro, quatenus vsusfructus permanserit: in posterum vero ad proprietarium transibit. Quod licet singulare esse videatur, propter prædictam fraudem, & ad æqualitatem seruandam introductum est: vt optimẽ tradit. I. C. in. l. sed & si quis. §. si operas. D. de vsufructu. qui prædictam difficultatem, quæ anxios tenuit doctores, videtur dirimere: ibi enim constat, quod vna & eadem stipulatio in singulos annos cõcepta varijs personis adquiritur, nec ideo minus vna esse dicitur.

M 2 Præ-

54 Præterea intelligo † in specie text. in dict.l.Sancimus.§.si quisautem. non plures stipulationes esse, sed plures donationes, vt expresse ait ille text.ibi, & multæ intelliguntur donationes. Promisi enim tibi per stipulationem decem annua quoad viueres ex causa donationis: certe stipulatio hæc vna est & perpetua, & te etiã mortuo adhuc manet doli exceptione hæredi tuo obstatura, si post mortem, nam à me petierit, vt probat text. in. d.§. at si ita.iuncta regula dictæ.l.obligationum fere.§. placet. scilicet, quia ad tempus deberi non potest: at donatio ipsa,ex cuius causa stipulatio concepta est, statim cessat te mortuo, quia ad tempus iure facta est. l.fin.ver. cum enim. C. de legatis. quæ cum incerta, sid illo modo cõcepta, eo quod ex vita donatarij pendeat, consequitur plures donationes cõtinere, vt pro primo anno pura sit, pro reliquis conditionalis, si viuat donatarius, argumẽto legati similis, de quo in.l.4.D.de annuis legatis. & diximus supr.n.51.& hoc est, quod tradit. d.l. sancimus.§.si quis si recte intelligatur. nam & illud manifestum est, quod si quis hæres damnatus esset decẽ annua mihi dare, & ex ea causa legari se daturũ mihi promitere ea decet annua in singulos annos quoad viuerem: illeq; ex iussu testatoris promisisset, vnica, pura, ac perpetua stipulatio erit, quia sic fert eius natura, ex.d.§.at si ita. Instit.de verb. obli.legatũ verò, ex cuius causa stipulatio proficiscitur, erit multiplex, & morte legatarij finietur, ex.d.l.4.C.de annuis legatis. iuncta.dicta. l. fin.C.de legatis.

55 Igitur † redeundo ad quæstionem Ioannis de Platea & Alfonsi de Mõtaluo vbi supra, num. 50.& ad materiam regiæ decimę applicando, ita resoluo: quod aut vendo fundũ ad certum quoddam tempus, puta in decem annos, certa pretij quantitate in singulos annos mihi soluenda: quo sane casu dubitari non potest, quin vera & perfecta venditio sit, tum quia temporalis venditio iure contrahitur. l. cum manusata. ver. silua cædua. D. de contrahend. empt.& notant Doctores in.d. l.fin.cum glos. ibi.verb.contractus. C. de legatis. & diximus supra in scholio ad.l.1.verb.vendiderint.tit. 17. lib.9.Recopil. Tum etiam quia pretij distributio venditioni non repugnat ex ijs, quæ latè diximus supra cap. 2. ex num.48.& tunc proculdubio dicendum est in hac quæstione, totam decimã istius vendi-

venditionis ſtatim deberi, ex tempore contractus celebrati, & quidem gabellario eo tẽpore exiſtenti, nullius ſcilicet penſionis pretij expectata ſolutione, quia pura venditio eſt iuxta ea, quæ late reſoluimus ſupra cap. 3. per totum. vera enim res pręſens, puta fundus ſtatim diſtrahitur, ſiue pure venditur, quamuis venditio ipſa certo die finiatur iuxta ea, quæ ſupra diximus cap. 6. num. 1. & quamuis pretium, quod aliàs ſtatim erat ſoluendum, in diuerſas penſiones pro ſingulis annis diſtribuatur: ex quo ſane nulla futuris gabellarijs fraus fieri intelligitur, vt latius diximus ſupra capit. 2. numer. 59. aut vero non prædium ipſum venditur, ſed fructus futuri certorum annorum, cura & cultura prædij apud dominum venditorem retenta: quo caſu, ſiue pretium ſit vnica præſtatione ſoluendum, ſiue in multiplices penſiones diſtributum, vera fructuũ venditio contrahitur, ex reſolutis ſupra dict. c. 2. nu. 57. ver. at vero ſi ita concedatur, & tunc ex pręhabita Doctorũ reſolutione, nẽ ſcilicet fraus in tmepore fiat futuris gabellarijs, quos ęquum eſt ijs gabellis vti & frui, quę ex

tionis decimam iuxta tempus cuiuſq; gabellarij diſtribuendã eſſe, vt vnuſquiſq; ex ea percipiat, quod iuris ratio permiſerit, argu. tex. in. d. l. ſi ſeruus. ſ. cũ ſeruus. D. de ſ ipu. ſeruorũ. cum ijs, quæ ſupra reſoluimus: videlicet, quod ſi quolibet anno gabellarijs mutetur, vnuſquiſq; habeat decimam præſtationis illius anni, in quo ius gabellarũ habuerit, omnino inter eos æqualitate ſeruanda, quãuis contrahentes, vel non diuiſerint pretium, vel inæqualiter diuiſiſſent, quia ſic vitandæ fraudis ratio ſuadet, & videtur expreſſa deciſio in. d. l. 12. tit. 17.

56 lib. 9. Reco. quam † generalem eſſe intelliges ex ſupradictis nõ ſolum in paſcuis, de quibus loquitur, ſed etiam in omnibus alijs cuiuſque rei fructibus vendendis & alienandis, quia eadem pené ratio eſt, & aduertimus ſupra cap. 5. num. 20. pro qua reſolutione optime facit,

57 † quod de prælato in plures annos locante, eo quod prælaturam eſſet repudiaturus, vt ſcilicet fraudem feciſſe videatur, tradit Baldus in. l. iubemus. in princip. numer. 5. C. de ſacroſ. eccleſ. & expreſſe quod locatio ne in plures annos cõtracta, eiuſ

docet idem Baldus in.l. pluribus rebus.ff.de hac.D.de verb. oblig.& vide text.in extrauag. inter communes. tit. de decimis.col.2. ver.de stagnis & piscarijs.

Octauo fraus fieri potest
58 circa locum,† vt in specie.l.hoc modo. D.de cõditio.& demo. vbi si ita legetur, si A⁓ iæ nõn nupserit, cum aliubi nuptias non facile posset inuenire, fraudem legi circa locum fieri declaratur. Et in proposito nostræ decimæ est bona glossa in.l.penult.verb.in sobole eorum.ver. item daretur occasio colono. C.de agrico.& censitis. libr. 11. per quam Bartolus ibi. nu. 13.
59 & Ioan. de Platea dixerunt, † quod licet quis extra territoriũ mittat animalia sua prægnãtia, vt ibi pariant, non euitabit solutionem gabellæ, ex forma statuti dispon etis, quod pro quolibet animali nascente in territorio certa gabella soluatur: videbitur enim id in fraudem fuisse factum. Quod dictum refert & sequitur Matthæus de Afflictis.titul.quæ sint regalia. verb. vectigalia.nu. 181.in vsibus feudo.& Montaluus in repertorio legũ ordina. verb. decima. ad finem.Greg.Lop.in.l. 9.glo.fin.tit.20.par.1.& Di.Perezius in.l.1.tit.5.lib.1.ordin.col. 216.ver. quæro etiam. in fin.ad quod genus fraudis videtur accedere decisio text. in.l.3.ver. Eaun pasieron.tit.16.par.1.& plures casus particulares, in quibus regia decima fraudari posset circa locum, decisi sunt in.l.5. tit.17.libr.9.Recop.Quos cum alijs multis late superius enarrauimos.c.4.per totũ. & est alius
60 in.l.30.tit.19.lib.9.Recop.† vbi tractatus de vendendo pro venditione habetur, ne fraus in loco fiat, quamuis aliás seclusa fraudis suspicione pactum de vendendo, & vẽditio ipsa valde differant.l. in bonæ fidei.ver.si tamen.& ibi glo.iuxta literam, conductorum. D. de eo quod certo loco: & diximus supra.c. 17.nu.41.

Sed quid proderit, fraudandi modos agnoscere, si legitima eorundem probatio iudicibus
61 non constiterit † fraudes enim quæ in contractibus fiunt, difficilis probationis sunt, vt ait Craueta conf. 143.nu.12.quem refert & sequitur Iaco. Menochius de arb.iudi. quæst.casu. 116.nu.13. vnde dixit Bald.in.l. 2.num.1.in fin.C.de repud.hæred.in dubio nõ præsumuntur. l.marito. D. pro socio.l.patronus. &.l. quotiens. ff. qui dolo. D. de probatio. cum allegatis per Tiraquell. de ret. lignag.§.
62 36.numer.35. † Quod per indicia probatur fraus, quia cum dolus

dolus non posit dilucide probari, probatur per argumenta: est enim generale, in delictis, quæ secreto committi solent, coniecturas sufficere, nec exactam illam probationem requiri, quæ aliás in delictis necessaria est, iuxta tex. & notata in. l. fin. C. de probatio. cum allegatis per Berna. Diaz. & additionem in reg. 370. Menochiũ vbi supra, casu. 279. ex text. qui ad hoc communiter allegatur in. l. non omnes. §. á barbaris. D. de re militari. vbi quod liquide constare non potest, argumentis cognoscendum est. l. consensu. §. super plagis. C. de repudijs. per quem text. dixit Alberi. in. l. nequid. D. de incendio, ruina, & naufra. merca-
63 torem, † qui se disrobatum in itinere conqueritur, per famulos & domesticos probare posset. Refert & sequitur Robert. Maranta de ordine iudi. 6. part. de probatione testium. nu. 65. & Bartolus in. l. si quis ex argẽtarijs. §. an nec hæredi. numer. 3. D. de edendo. ait, quod quãdo agitur de probatione actus, qui occulte committi solet, argumenta & coniecturæ sufficiunt ad probationem. l. licet imperator. de legatis. 1. l. si quis

in. l. quicunque. num. 25. C. de seruis fugitiuis. quod in secretis delictis, propter penuriam & difficultatem probationis, ex solis indicijs & coniecturis peruenitur ad condemnationem, si modo adeo certa sint, vt vix negari possint. Idẽ Paulus de Castro. 280. incipit, Christi nomine. Innocentius in cap. cum in officijs. de testam. nam vt inquit Federicus de Senis. consi. 219. secundum diuersas qualitates negotiorum, diuersos modos probationum iura induxerunt: & notabiliter dixit Ioã. de Imola in. l. in illa. la. 8. in fine. D. de verb. oblig. quod vbi materia est difficilis probationis, lex est contenta eo probatione, quæ fieri potest: pro qua est text. singularis in cap. fina. de testibus cogen. Secundum intellectum Abbatis ibi in. 2. notab. vbi ex prædicta causa participes & socij criminis admittuntur. Et in idem est text. optimus in capit. peruenit. el. 1. eo. tit. vbi testis per partem iuramento adstrictus de non testificando, contra ipsammet partem testificari potest se ita iurasse, licet particeps delicti fuerit, quia talia iuramenta & fraudes in secreto fiunt. Quem text. ita

auctores.eo.tit.lib.6.per quam dixit Dominicus, quod cum vsurarum exactio occulté fiat, ita vt per alios probari non possit, mediatoris dictum admitti debet, licet particeps delicti sit, & licet aliás proxeneta, siue mediator in testem adduci non soleat. Quod idem ex ea ratione
64 ad gabellæ † probationem iure nostro reglo constitum est in l.14. in quat. gabella. quæ est hodie.l.28.tit.19. lib.9.Recop. & latè diximus supra cap.18.nu. 78. etenim, vt dixi, in his, quæ difficilis probationis sunt, ex indicijs & præsumptionibus plené probatur, vt habetur in cap.pręterea.de testibus.& voluit Bar. in.l. in illa.la.1.de verb. oblig. Federic.de Senis. consi. 179. incipit. nulli dubium Archidiaconus in. c. inter memoratos.16.quæst.3. Bart.& alij in l.si quádo.C. vnde vi.&.l.quæsitum. D. de re iudicata. idem Bartolus in.l.2. D.de furtis. tex. in cap. literis. de præsumptio. & in. l.12. tit.14.part. 3.resoluit Euerardus in præambulis locorum legalium. num.8.& est text.notabilis in.l.30.ver.*Y porque feria dificultoso*, tit.19.libr.9. Recopila. vbi propter difficilé probationem fraudis, ex legali quadam præsumptione proceditur ad condemnationem gabellæ.

65 Hinc, vt rem exemplo † subijciamus, semel in iudicio accusatum vidi hominem quendam bestiarum mercatorum, qui in quadam feria emere & reuendere animalia dicebatur, puta boues & mulas, ac nullam reuenditionis gabellam soluere, prout aliás de iure tenebatur iuxta ea, quæ supra resoluimus cap.13.per totum.id quod facillimè in hunc modum occultabat: scitum est, quod administratores feriarum, aut gabellarij locum quendam habent designatum ad gabellarum solutionem, seu receptionem, quem *Aduna* vulgus appellat, vbi ijs, qui animalia quędam vendiderũt, breuiuscula quędã schedula datur impresso signo ad redeũdum soluto vectigali, quæ Alcauala nominari solet, quæque emptori animalis per eiusdem venditionem tradenda est, vt liberè cum empto animali per feriarum custodes transire valeat, nec emptum animal impediatur cum igitur mercator ille mulum, mulamvé, aut bouem vel plura emisset animalia præsenti pecunia, aut aliàs, sufficiẽtemq; ad redeundum cum emptis animalibus cautionem recepisset, eadem alijs tacitus & occulté in eadem feria reuendebat fide habita de maiori pretio, vel aliter lucro corraso,

&so-

& schedula, quam ipse à priori venditore acceperat, emptori suo redeunti tradita, gabellam suæ reuẽditionis facillimo negocio excusabat. Qua de re accusatus est eo solo probato argumento, quod per stabulariũ & alios conuictus fuerit, mulás quasdam in stabulum attulisse, easque meridie vt suas pauisse, & eadem die sine illis é feria noctu ad domum, siue stabulum rediisse: ex quo facile coniectabant gabellarij, hominem illum mulas emisse, & iterum vendidisse suppressa gabella: nec insufficiens videbãt probatio ad detegendam hominis fraudem, quæ secreto & occultè cõmitteretur ex supra resolutis, nisi ille iustam mularum, quas habuisse probaretur, rationem redderet.

Vltimó, qualiter isti fraudatores gabellarum iurepoli teneatur, & iure fori puniri debeãt, latedeximus supra c. 18. hęc igitur aduertisse sufficiat, vt aliqualiter calumniantium fraudes in hac materia iudices prę scrutari valeant, non vt penitus eas omnes callere posint, multiplices enim sunt versutiæ hominum, quas neque leges, neq; senatus consulta ita possunt scribere, vt omnes casus, qui quandoque acciderint, comprehendatur, sed sufficit ea, quæ plerũque accidunt, contineri, vt aliàs inquit. I. C. in. l. neque leges. & l. non possunt. D. de legibus.

Laus Deo.



INDEX LEGVM

Iuris ciuilis & regij, quæ in hoc additionum opuſculo præter Doctores Explicantur.

Ex.D.Veteri.

Ex Infortiato.

Ex.D.Nouo.

L.ſi

LEGVM.

Ex Codice.

Ex Institutis.

Ex Noua Recopil.

Ex Iure Canonico.

Laus Deo.

